An. et vol. XXVI **14 Iulii 1934** **(Ser. II, v. I) - Num. 9**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

. . . . .

SUMMARIUM

Acta SS. Congregationum: *S. C. pro Eccl. Orientali:* Formulae precum ab Orientalibus adhibendae ad lucrandam indulgentiam iubilarem Redemptionis, p. 317.

. . . . .

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M·DCCCC·XXXIV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 30 — extra Italiam, *L. it.* 50 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 3,50 extra Italiam, *L. it.* 4 —

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXVI, n. 9 - 14 Iulii 1934)

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

	PAG.
Preces ab Orientalibus adhibendae ad lucrandam Indulgentiam S. Iubilaei Redemptionis. Decretum	317
Normae	319
I. Pro ritu alexandrino:	
A. - Coptorum	320
B. - Aethiopum	336
II. Pro ritu antiocheno:	
A. - Syri et Malankarenses	346
B. - Maronitae	358
III. Pro ritu armeno	368
IV. Pro omnibus ritus byzantini:	
A. - Graece	382
B. - Arabice	391
C. - Staroslavice	398
D. - Rumenice	402
V. Pro ritu chaldaeo (Chaldaei et Malabarenses)	406

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
SUSSIDI PER LA CONSULTAZIONE DELL'ARCHIVIO VATICANO a cura della Direzione e degli Archivisti (*Studi e Testi*, N. 45 e 46):			
Vol. I. - Schedario Garampi, Registri Vaticani, Registri Lateranensi, Rationes Camerae, Inventario del Fondo Concistoriale. - 1926, pp. XII-224 con 9 tavole in fototipia ed una zincotipia	80 —	81,50	84 —
Vol. II. - (KATTERBACH B.), Referendarii utriusque signaturae a Martino V ad Clementem IX et Praelati signaturae supplicationem a Martino V ad Leonem XIII. - 1931, pp. XLVIII-408	80 —	82 —	87 —
MISSAE DEFUNCTORUM ex Missali Romano desumptae. Editio quarta iuxta typicam. Accedit Ritus absolutionis pro Defunctis ex Rituali Romano typico (a. 1925). — Editio Vaticana in charta manufacta impressa, typis lectu facillimis, rubro-nigris characteribus, figuris, etc. ornata. — 1932 — Impressum patet 27 × 18; pagina 31 × 22 ½ (gr. 205 pondo)	7,50	9 —	10,50
— Linteo nigro religata, cum Cruce impressa, signaculis, etc.	17,50	19 —	21 —

STATISTICA CON CENNI STORICI DELLA GERARCHIA E DEI FEDELI DI RITO ORIENTALE

Ad habendam notitiam **syntheticam ac simul plenam de Oriente catholico,** hoc volumen prorsus necessarium est.
Non tantum notitiae numericae de Oriente catholico in eo continentur; sed de singulis Ecclesiis ritus orientalis, origo, progressus, status et conspectus historicus perbelle exponuntur.
Manuale reapse est hic liber, qui paginis 576 constat; idcirco omnibus, praesertim ecclesiasticis viris, qui rerum orientalium cognitionem acquirere cupiunt, valde utilis.

In brochure Lib. 18 — Linteo rubro religatum Lib. 24 —

Huic pretio adiungendum pretium vecturae:

Italia Lib. 1,50 Estero Lib. 4 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis„ (*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/c postale N. 1-16722*).

An. et vol. XXVI 14 Iulii 1934 (Ser. II, v. I) - Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

DE FORMULIS PRECUM AB ORIENTALIBUS ADHIBENDIS AD LUCRANDAM INDULGENTIAM S. IUBILAEI REDEMPTIONIS.

Quanti semper fecerint Romani Pontifices venerabiles ritus orientales, praeclara documenta, diversis edita temporibus, luculenter demonstrant atque testantur. Inter haec certe eminet novissima Apostolica Constitutio *Quod superiore anno* die 2 Aprilis huius anni data, qua ad universum catholicum orbem Iubilaeum Redemptionis extenditur; per ipsam namque peculiares normae praevidentur pro fidelibus rituum orientalium, qui, in iubilaribus visitationibus perficiendis, « iis normis obtemperare debent, quas, pro diversis ritibus, eorum Patriarchis locorumve Ordinariis Sacra Congregatio, Orientali Ecclesiae praeposita, opportuno tempore impertietur ».

Ad hanc pontificiam praescriptionem in effectum deducendam, Sacra haec Congregatio, peritorum rebus liturgicis audita sententia, singulis quibusque ritibus consentaneas formulas con-

cinnandas curavit atque per praesens Decretum publici iuris facit.

Quae formulae, iuxta cuiuscumque gentis morem, suis linguis liturgicis vel vernaculis exaratae atque heic adpositae una cum latina versione, adamussim servandae erunt quotiescumque publice et gregatim sacrae iubilares visitationes a fidelibus orientalibus una cum sacerdotibus suis perficientur.

Quodsi privatim aut singulatim pium exercitium peragatur, tunc fideles uti poterunt sive formulis supra probatis, lingua liturgica propria vel vulgari, sive etiam aliis precibus, quae, in casu, indoli et formae cuiuscumque ritus, quoad fieri possit, conformes, a suo cuiusque Ordinario statuentur.

Firmis tamen manentibus caeteris conditionibus et praescriptionibus dictae Constitutionis Apostolicae et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. pro Ecclesia Orientali, die 3 Aprilis, a. 1934.

A. Card. SINCERO, Episcopus Praenestinus,
a Secretis.

L. ✠ S.

I. Cesarini, *Adsessor.*

NORMAE SEQUENDAE

1. – Iuxta Constitutionem Apostolicam *Quod superiore anno* (*A. A. S.*, 1934, pp. 139–140), tempus utile ad acquirendam Indulgentiam sancti Iubilaei ad totum terrarum orbem extensi, a die octava Paschatis anni 1934 usque ad diem octavam Paschatis anni 1935 decurrit. Nulla habita est ratio discriminis inter kalendarium iulianum et gregorianum; suum enim quisque populus sequetur.

2. – Latini ritus octavae liturgicae penes Orientales respondet cyclus festivus qui etiam ad Ascensionem usque protenditur, discrimine tamen quodam inter varios ritus intercedente: exempli causa, apud Syros cyclus festivus ad quintam Dominicam post Pascha exclusive extenditur; apud gentes vero ritus byzantini usque ad Apolysim Liturgiae feriae IV ante Ascensionem; quae omnia Revmi locorum Ordinarii in fidelium notitiam deducenda curabunt.

3. – Formulas potioribus linguis liturgicis impressas et heic appositas, Patriarchae aliique Ecclesiarum Ordinarii in vernaculas linguas (arabicam, italicam, bulgaricam, albanensem, etc.), si id opportunum in fidelium commodum visum fuerit, transferendas curabunt.

4. – Pro Ecclesiae visitationibus privatim faciendis, aut non interveniente sacerdote, fidelibus fas esto eisdem formulis uti, aliisve ab Ordinariis opportune designatis, quae tamen inter magis usitatas proprii ritus et unicuique populo notas, quantum fieri potest, eligantur.

5. – Ad normam citatae Constitutiones Apostolicae (pp. 141–142), fideles rituum orientalium, extra territorium proprii Ordinarii commorantes, uti poterunt formulis hic typis impressis, vel precibus a proprio Ordinario statutis, vel denique iis, quae apud fideles latini ritus in usu sunt.

6. – Quotiescumque orientalium rituum fideles, qui extra proprium territorium versantur, latinis fidelibus consociantur in peragendis sancti Iubilaei visitationibus, horum preces adhibere valeant; in proprio autem territorio, eas tantum, quas Ordinarius probaverit.

7. – Quoad caetera, quae preces minime spectant, Orientales quoque Constitutionis Apostolicae normas sancte custodiant.

I

PRO RITU ALEXANDRINO

A. - COPTORUM

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, unius Dei. Kyrie, eleison; Kyrie, eleison, Benedic, Domine. Amen. Alleluia.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

Fac nos dignos qui dicamus cum gratiarum actione: Pater noster... sed libera nos a malo; per Christum Iesum Dominum nostrum.

Deinde Sacerdos exorditur ab oratione gratiarum actionis:

Sacerdos: Gratias agamus bonorum Auctori misericordi, Deo Patri Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quia ipse protexit nos, adiuvit et servavit nos, suscepitque nos ad se, misertus est nostri, perduxitque nos ad hanc horam. Ipsum nunc precemur, ut custodiat nos hoc sancto die et omnibus diebus vitae nostrae, in omni pace, Omnipotens Dominus Deus noster.

Diaconus: Ad orationem state.

Populus dicit: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Domine Deus omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, gratias agimus Tibi de omnibus, et propter omnia, et in omnibus, quia protexisti nos, adiuvisti nos, conservasti nos, suscepisti nos ad Te, et misertus es nostri, auxilium dedisti nobis, et ad hanc horam nos perduxisti.

Diaconus: Orate ut Deus misereatur nostri, ut commisereatur nostri, ut audiat nos, ut adiuvet nos, ut accipiat orationes et supplicationes Sanctorum Suorum pro nobis, pro nostro bono et in omni tempore, ut dimittat nobis delicta nostra, ut reddat nos dignos qui accipiamus, per communionem sanctis et benedictis mysteriis Suis, remissionem peccatorum nostrorum.

Populus: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Eapropter petimus et obsecramus bonitatem Tuam, o Amator hominum, ut concedas nobis hunc diem sanctum, et omnes dies vitae nostrae in pace cum timore Tuo transigere. Omnem invidiam, omnem tentationem, omnem operationem Satanae, et consilium hominum improborum impetumque hostium tum occultorum quam manifestorum, depelle a nobis, ab omni populo Tuo et ab hoc loco sancto: quae autem bona,

ⲞⲨ ⲦⲀⲜⲒⲤ ⲚⲦⲈ ⲠⲒϢⲂⲎⲖⲖⲒⲞⲚ ⳾

Ϧⲉⲛ ⲫ̀ⲣⲁⲛ ⲙ̀ Ⲫⲓⲱⲧ: ⲛⲉⲙ ⲡ̀ϣⲏⲣⲓ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡ͞ⲛ͞ⲁ ⲉ͞ⲑ͞ⲩ: ⲟⲩ ⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲕ͞ⲉ: ⲕ͞ⲉ ⲉⲩⲗⲟⲅⲏⲥⲟⲛ ⳾ ⲁⲙⲏⲛ ⳾ ⲁⲗⲗⲏⲗⲟⲩⲓⲁ ⳾

Ⲇⲟⲝⲁ Ⲡⲁⲧⲣⲓ ⳾ ⲕⲁⲓ Ⲩⲓⲱ ⳾ ⲕⲁⲓ ⲁ̀ⲅⲓⲱ Ⲡⲛⲉⲩⲙⲁⲧⲓ ⳾ ⲕⲁⲓ ⲛⲩⲛ ⳾ ⲕⲁⲓ ⲁ̀ⲉⲓ ⳾ ⲕⲁⲓ ⲉⲓⲥ ⲧⲟⲩⲥ ⲁⲓⲱⲛⲁⲥ ⲧⲱⲛ ⲁ̀ⲓⲱⲛⲱⲛ ⳾ ⲁ̀ⲙⲏⲛ ⳾ ⲁⲗⲗⲏⲗⲟⲩⲓⲁ ⳾

Ⲁⲣⲓⲧⲉⲛ ⲙ̀ ⲡ̀ϣⲁ ⲉⲛⲭⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⳾ Ϫⲉ Ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ ⳾ ⲙⲁⲣⲉϥⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⳾ ⲙⲁⲣⲉⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ ⳾ ⲡⲉⲧⲉϩⲛⲁⲕ ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱⲡⲓ ⳾ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ϧⲉⲛ ̀ⲧⲫⲉ ⲛⲉⲙ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⳾ ⲡⲉⲛⲱⲓⲕ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲥϯ ⲙⲏⲓϥ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲫⲟⲟⲩ ⳾ ⲟⲩⲟϩ ⲭⲁ ⲛⲏⲉⲧⲉⲣⲟⲛ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ: ⲙ̀ ⲫⲣⲏϯ ϩⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲭⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲛⲏⲉⲧⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲛ ⲉ ⲣⲱⲟⲩ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉ ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ: ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⳾ ϧⲉⲛ Ⲡ͞ⲭ͞ⲥ Ⲓ͞ⲏ͞ⲥ ⲡⲉⲛⲟ͞ⲥ ⳾

Ⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲓϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ Ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ ⳾

Ⲙⲁⲣⲉⲛϣⲉⲡ̀ϩ̀ⲙⲟⲧ ⲛ̀ ⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲣⲉϥⲉⲣⲡⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ ⲛⲁⲏⲧ Ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ͞ⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓ͞ⲏ͞ⲥ Ⲡ͞ⲭ͞ⲥ. ϫⲉ

quae placita sunt, nobis iube. Tu enim ipse es, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, omnemque virtutem inimici. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, per gratiam et misericordiam, amoremque erga homines Filii Tui Unigeniti Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, per quem Tibi debetur honor, gloria et imperium, cum Ipso, et Spiritu Sancto vivificante, Tibique consubstantiali, nunc et semper, et in omnia saecula saeculorum. Amen. (*Ex ordine communi Liturgiae, qui habetur in principio Liturgiae S. Basilii; Renaudot, Liturgiarum orientalium collectio, ed. Francofurti 1847, I, 2: versio locupletata*).

Tunc ab omnibus recitatur Psalmus 50: Miserere mei, Deus...

Deinde dicitur Oratio pro Ecclesia.

Sacerdos: Oremus Deum Omnipotentem, Patrem Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Rogamus et obsecramus bonitatem Tuam, o Amator hominum. Memento, Domine pacis, unicae illius Tuae sanctae, catholicae et apostolicae Ecclesiae, quae a finibus ad fines usque terrae diffunditur: omni populo et terris benedic.

Diaconus: Orate pro pace Ecclesiae orthodoxae Dei, unae, unicae, sanctae, catholicae et apostolicae.

Sacerdos: Quae pertingit a finibus orbis terrarum usque ad fines. Populis omnibus et gregibus omnibus: benedic eis; pacem de caelis da in corda nostra omnium, sed etiam aliam pacem huiusce vitae dona nobis etiam propitius. Reges, consiliarios, populos, vicinos nostros, intrantes ad nos et exeuntes a nobis: consolare eos in omni pace. Rex pacis, dona nobis Tuam pacem. Omnia enim donasti nobis: acquire nos Tibi, Deus, quia non cognoscimus alium extra Te. Nomen sanctum Tuum narramus. Vivant animae nostrae per Spiritum Sanctum Tuum, et ne praevaleat super nos servos Tuos mors peccatorum, neve super populum Tuum universum.

Populus dicit: Kyrie, eleison.

Deinde subiungit orationem pro Patribus: Papa [et Patriarcha] et Episcopis.

Sacerdos: Iterum igitur rogemus Deum Omnipotentem, Patrem Domini nostri et Dei nostri et Salvatoris nostri Iesu Christi. Rogamus et obsecramus benignitatem Tuam, amator hominum: memento, Domine, Pontificis nostri Papa Anba Pii, [et Patriarchae nostri Patris gloriosi archiepiscopi Anba N.].

Diaconus dicit: Orate pro Pontifice nostro Papa Anba Pio, [et Patriarcha Domino N., archiepiscopo magnae civitatis Alexandriae], et orthodoxis episcopis nostris.

Sacerdos dicit: In custodia custodi eum nobis multitudinem annorum

ⲁϥⲉⲣⲥⲕⲉⲡⲁⲍⲓⲛ ⲉ̀ϫⲱⲛ: ⲁϥⲉⲣⲃⲟⲏ̀ⲑⲓⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁϥ//
ⲉⲣⲁ̀ⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ⲁϥϣⲟⲡⲧⲉⲛ ⲉ̀ⲣⲟϥ: ⲁϥϯⲁⲥⲟ ⲉ̀ⲣⲟⲛ:
ⲁϥϯ ⲧⲟⲧⲉⲛ: ⲁϥⲉⲛⲧⲉⲛ ϣⲁ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲑⲁⲓ: ⲛ̀ⲑⲟϥⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟϥ: ϩⲟⲡⲱⲥ ⲛ̀ⲧⲉ//
ϥⲁ̀ⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲫⲁⲓ: ⲛⲉⲙ
ⲛⲓ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲱⲛϧ: ϧⲉⲛ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ
ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ:

Ⲟ Ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⁘

Ⲟ Ⲗⲁⲟⲥ ⁘ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ ⁘

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲫⲛⲏⲃ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅ ⲡⲓ ⲡⲁⲛ//
ⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛ̅ⲟ̅ⲥ̅: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ:
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅: ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀
ⲧⲟⲧⲕ: ⲕⲁⲧⲁ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ϫⲉ ⲁⲕⲉⲣ//
ⲥⲕⲉⲡⲁⲍⲓⲛ ⲉϫⲱⲛ: ⲁⲕⲉⲣⲃⲟⲏ̀ⲑⲓⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁⲕⲁ̀ⲣⲉϩ
ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁⲕϣⲟⲡⲧⲉⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲕ: ⲁⲕϯⲁⲥⲟ̀ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁⲕϯ//
ⲧⲟⲧⲉⲛ: ⲁⲕⲉⲛⲧⲉⲛ ϣⲁ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ⲧⲁⲓ ⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲑⲁⲓ ⁘

Ⲟ Ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲧⲱⲃϩ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲫ̅ϯ̅ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥⲥⲱ//
ⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲃⲟⲏ̀ⲑⲓⲛ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲛ̀ⲧⲉϥϭⲓ ⲛ̀ ⲛⲓ
ϯϩⲟ̀: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲛ̀
ⲧⲟⲧⲟⲩ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲉ̀ⲡⲓ ⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ⲛ̀ ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ
ⲛ̀ⲧⲉϥⲭⲁ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ: ⲛ̀ϯⲉϥⲁⲓⲧⲉⲛ ⲛ̀
ⲉⲙⲡ̀ϣⲁ ⲉⲑⲣⲉⲛϭⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯ ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲛⲉϥⲙⲩⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑ̅ⲩ̅ ⲉⲧⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ: ⲉ̀ ⲡⲓ ⲭⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⁘

Ⲟ Ⲗⲁⲟⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ ⁘

et tempora tranquilla, ut perficiat sanctum quem commisisti ei pontificatum secundum voluntatem Tuam sanctam et beatam, ut dispenset verbum veritatis in directione, ut pascat populum Tuum in sanctitate et veritate. Et episcopis omnibus orthodoxis et presbyteris et diaconis et multitudini universae Tuae unius solius sanctae catholicae apostolicae Ecclesiae, concede ipsis nobiscum pacem et salutem ex omnibus locis. Orationes autem eorum, quas faciunt pro nobis et pro populo Tuo universo, et nostras etiam pro ipsis suscipe super altare Tuum sanctum, rationale, in odorem suavitatis, et inimicos eorum quidem visibiles et invisibiles, contere eos et humilia sub pedibus eorum celeriter, ipsos autem custodi in pace et sanctitate et iustitia in Ecclesia Tua sancta.

Populus dicat: Kyrie, eleison.

Deinde dicitur Oratio pro congregationibus nostris:

Sacerdos: Iterum rogemus Deum Omnipotentem, Patrem Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Rogamus et obsecramus benignitatem Tuam, amator hominum: memento, Domine, congregationum nostrarum: benedic eis.

Diaconus: Orate pro sancta ecclesia hac et pro congregationibus nostris.

Sacerdos: Da ut sint nobis non impeditae, non prohibitae, ut faciamus eas secundum voluntatem Tuam sanctam et beatam; (sint) domus orationis, domus sanctitatis, domus benedictionis. Concede nobis eas, Domine, et servis Tuis, qui veniunt post nos usque in saecula. Surge, Domine, dispergantur inimici Tui omnes, aufugiant ante conspectum Tuum omnes qui oderunt nomen sanctum Tuum; populus autem sit in benedictione millium mille et decem millium decies mille, omnes qui faciunt voluntatem Tuam. Per gratiam, clementiam et amorem erga homines Filii Tui Unigeniti, Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, per quem Tibi debetur honor, gloria et imperium, cum Ipso et Spiritu Sancto vivificante, Tibique consubstantiali, nunc et semper, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

Tunc surgunt omnes et dicunt Symbolum fidei: Credimus in unum Deum....

Deinde Sacerdos adolet Crucem thure, dicens: Adoramus Te, Christe, cum Patre Tuo bono et Spiritu Sancto, quia venisti et salvasti nos. Iesus Christus hodie, heri et in saecula, una Persona. Eum adoremus, Eum glorificemus. Exaltate Dominum Deum nostrum et adorate Eum in monte Suo sancto: exaltate Dominum Deum nostrum et adorate scabellum pedum eius (*Ps. XCVIII, 5. Ex Officio feriae V Maioris Hebdomadis et ex Ordine pro festo SS. Crucis: Rituale, ed. Tukhi, Romae 1763, p. 651*).

Ⲟ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ϯⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓ//ⲣⲱⲙⲓ: ⲙⲏⲓⲥ ⲛⲁⲛ ⲉⲑⲣⲉⲛϫⲱⲕⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ ⲡⲁⲓ ⲕⲉ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉⲑⲩ̅ ⲫⲁⲓ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲱⲛϧ: ϧⲉⲛϩ ⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛⲉⲙ ⲧⲉⲕϩⲟϯ: ⲫⲑⲟⲛⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⳾ Ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲉⲛⲉⲣⲅⲓⲁ̀ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡ̀ ⲥⲁⲧⲁⲛⲁⲥ: ⲡ̀ ⲥⲟϭⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲣⲱⲙⲓ ⲉⲩϩⲱⲟⲩ: ⲡ̀ ⲧⲱⲛϥ ⲉ̀ⲡϣⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ϫⲁϫⲓ: ⲛⲏ ⲉⲩϩⲏⲡ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲑⲟⲩⲱⲛϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⳾ Ⲁⲗⲓⲧⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟⲛ: Ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗϩⲁ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ϯ ⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⲑⲁⲓ ⳾ Ⲛⲏ ⲇⲉ ⲉⲑⲛⲁ//ⲛⲉⲩ ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧⲉⲣⲛⲟϥⲣⲓ ⲥⲁϩⲛⲓ ⲙ̀ ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ ⳾ Ϫⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲕ ⲡⲉ ⲉ̀ⲧⲁⲕϯ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲉⲣϣⲓϣⲓ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ϩⲱⲙⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲓ ϩⲟϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ϭⲗⲏ: Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϯ ϫⲟⲙ ⲧⲏⲣⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ ϫⲁϫⲓ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ ⲡⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⳾ Ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲡⲓ ⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⳾ ϧⲉⲛ ⲡⲓ ϩⲙ̀ⲟⲧ: Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ⲙⲉⲧ//ϣⲉⲛϩⲏⲧ ⳾ Ⲛⲉⲙ ϯ ⲙⲉⲧⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕ//ⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ ϣⲏⲣⲓ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓⲏ̅ⲥ̅ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⳾ Ⲫⲁⲓ ⲉ̀ⲧⲉ ⲉ̀ⲃⲟⲗ//ϩⲓⲧⲟⲧϥ ⳾ Ⲉⲣⲉ ⲡⲓ ⲱ̀ⲟⲩ: Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲧⲁⲓⲟ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ⲁ̀ⲙⲁϩⲓ ⳾ Ⲛⲉⲙ ϯ ⲡⲣⲟⲥⲕⲩⲛⲏⲥⲓⲥ ⳾ ⲉⲣⲡ̀ⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁⲕ ⲛⲉⲙⲁϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⲛ̀ ⲟ̀ⲙⲟⲟⲩⲥⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙⲁⲕ: ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ϯⲉ ⲛⲓ ⲉⲛⲉϩ ϯⲏⲣⲟⲩ: ⲁⲙⲏⲛ ⳾

Ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓ ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲛ̅ ⳾

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓ ⲟⲩⲏⲃ ϫⲱⲛ ϯ ϣⲟⲙⲧϯ ⲛ̀ ⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ ⲛⲓϣϯ: ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ: ⲉ̀ⲧⲉ ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ⳾

Sacerdos extollens Crucem, benedicit populum, dicens: Deus noster, miserere nobis et magnam misericordiam exerce in nobis. Audi nos, benedic nobis, custodi nos, in adiutorium nostrum intende, iram Tuam a nobis averte; visita nos per salutem Tuam et dimitte nobis peccata nostra.

Populus: Amen; Kyrie, eleison. (*Ex Liturgico: Oblatio incensi vespertini et matutini, circa medium. Ed. Cairi 1898, f. 26-27*).

Deinde Sacerdos dicit sequentia, et populus respondet: Kyrie, eleison:

Te obsecramus, Christe Deus noster.
Ecclesiae Tuae, Domine, fundamentum confirma.
Charitatis nobis concordiam radicitus insere.
Fidei veritatem auge.
Pii Tui cultus viam rectam nobis dirige.
Pastores robora.
Eos qui pascuntur, securos praesta.
Da clero morum honestatem.
Monachis temperantiam.
Illis qui virginitatem servant, temperantiam.
Illis qui sunt in honorabili coniugio, bonam vitam.
Illis qui in paenitentia sunt, misericordiam.
Divitibus bonitatem.
Indigentibus adiutorium.
Pauperibus auxilium.
Senes robore accinge.
Iuvenes temperantes effice.
Infideles converte.
Comprime Ecclesiae schismata.
Haereseon fremitus destrue.
Nos omnes ad pii cultus Tui concordiam coniunge. (*Ex Liturgico: Anaphora S. Gregorii. Ed. Cairi 1898, p. 34-35. — Renaudot, I, 99*).

Sacerdos subiungit orationem sequentem:

Gratias agimus Tibi, Christe Domine Deus noster, Verbum Dei verum, qui es ex substantia Patris principium non habentis, quoniam tantopere dilexisti nos, et dedisti Teipsum pro salute nostra immolatum. Concede nobis per immaculatum Corpus Tuum, et pretiosum Tuum sanguinem redemptionem: [...] sicut aperuisti nobis viam vitae, et viam ad caelum indicasti, Tu qui servos Tuos tantis beneficiis cumulasti. Tu igitur, Domine bone, amator hominum, conserva in nobis beneficium gratiae Tuae, ut non intres in iudicium nobiscum, ut non incidamus in iudicium, sed sis nobis ad quietem gloriae, ad obtentionem vitae, ad regenerationem animae et puritatem corporis: ut in Te vivamus, ut Tu sis cibus noster

Ⲡⲁⲗⲓⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ ⲉ Ⲫϯ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁ//
ⲧⲱⲣ: Ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟⲥ: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲟϩ
ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓ̄ⲏ̄ⲥ Ⲡⲭ̄ⲥ̄ ⳾

Ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲁ//
ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⳾

Ⲁⲣⲓⲫ̀ⲙⲉⲩⲓ̀ Ⲡ̄ⲟ̄ⲥ̄ ⲛ̀ ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲟⲩⲓ̀
ⲙ̀ⲙⲁⲩⲁⲧⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲛ̀ⲕⲁⲑⲟ̀ⲗⲓⲕⲏ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲁⲡⲟ//
ⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏ ⲛ̀ⲉⲕ̀ⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ⳾

Ⲟⲩ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲉϥϫⲟⲥ ⳾ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲩ̀ⲡⲉⲣ
ⲧⲏⲥ ⲉⲓⲣⲏⲛⲏⲥ ⲧⲏⲥ ⲁⲅⲓⲁⲥ ⲙⲟⲛⲏⲥ ⲕⲁⲑⲟⲗⲓ//
ⲕⲏⲥ ⲕⲁⲓ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏⲥ ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲩ ⲧⲟⲩ Ⲑⲉⲟⲩ
Ⲉⲕ̀ⲕⲗⲏⲥⲓⲁⲥ ⳾

Ⲟ̀ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲑⲁⲓ ⲉⲧϣⲟⲡ ⲓⲥϫⲉⲛ ⲁⲩ//
ⲣⲏϫⲥ ⲛ̀ ϯ ⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ϣⲁ ⲁⲩⲣⲏϫⲥ ⳾

Ⲛⲓ ⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲟ̀ϩⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲥⲙⲟⲩ
ⲉⲣⲱⲟⲩ: ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ϯ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓ ⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ⳾

Ⲙⲏⲥ ⲉ̀ϧⲣⲏⲓ ⲉ ⲛⲉⲛϩⲏⲧ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲉⲙ
ϯ ⲕⲉ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓ ⲃⲓⲟⲥ ⲫⲁⲓ: Ⲁⲣⲓⲭⲁⲣⲓ//
ⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ ⲙⲟⲥ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ ϩⲙⲟⲧ ⳾ Ⲛⲓ ⲁⲣⲭⲱⲛ ⲛⲓ
ⲥⲟϭⲛⲓ: ⲛⲓ ⲙⲏϣ: ⲛⲉⲛⲑⲉϣⲉⲩ: ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲙⲟϣⲓ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ
ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲙⲟϣⲓⲉ̀ⲃⲟⲗ: ⲥⲉⲗⲥⲱⲗⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩ
ϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ϯ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ: ⲙⲟⲓ ⲛⲁⲛ
ⲛ̀ ⲧⲉⲕϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⳾

Ϩⲱⲃ ⲅⲁⲣ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲁⲕⲧⲏⲓⲧⲟⲩ ⲛⲁⲛ: ϫⲫⲟⲛ
ⲛⲁⲕ Ⲫϯ ⳾ Ϫⲉ ⲧⲉⲛⲥⲱⲟⲩⲛ ⲛ̀ ⲕⲉⲟⲩⲁⲓ ⲁⲛ ⲉⲃⲏⲗ
ⲉ̀ⲣⲟⲕ: ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲡⲉⲧⲉⲛϫⲱ ⲙ̀ ⲙⲟϥ:

Ⲙⲁⲣⲟⲩⲱⲛϧ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓ ⲉⲧⲉⲛⲟⲩⲛ ⲙ̀ ⲯⲩⲭⲏ
ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾

et ut secundum iustitiam in omni tempore agamus, et ut nomen sanctum Tuum in nobis glorificetur. Quia Tu es Deus noster, et Te decet gloria, cum Filio Tuo unico et Spiritu Sancto vivificante, Tibi consubstantiali, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. (*Ex Anaphora S. Gregorii, ut supra, pp. 55-57. — Liturgicum, pp. 55-57*).

Deinde troparium hoc ad B. Virginem:

Mater Dei, tu es vitis vera, quae germinavit fructum vitae. Te deprecamur, gratia plena, cum Apostolis, pro salute animarum nostrarum. Benedictus Dominus Deus noster: benedictus Dominus de die in diem. Deus salutis nostrae prosperas faciat vias nostras. (*Horologium alexandrinum: ad Tertiam*).

Sacerdos concludit cum absolutione ad Filium et benedictione:

Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum Suum super nos et misereatur nostri. Domine, libera populum Tuum, benedic hereditati Tuae, pasce eos, extolle eos in saecula. Exalta cornu christianorum orthodoxorum per virtutem Crucis vivificantis, per orationes et obsecrationes, quas facit semper pro nobis Domina nostra, Dominatrix omnium nostrum, Deipara Sancta Maria, et (orationes) trium magnorum illuminatorum Sanctorum Michaelis, Gabrielis et Raphaelis, et quattuor Animalium incorporeorum, et viginti quattuor Seniorum, et chori totius Angelorum et exercituum caelestium, et preces Patriarcharum et Prophetarum, Apostolorum et Martyrum, Cruciferorum, et Verorum et Iustorum, et prudentium omnium Virginum; et per benedictionem Dei Genitricis sanctae, sanctae Mariae, primum et postremum. Sit benedictio eorum sancta, et virtus eorum et gratia eorum et auxilium eorum nobiscum in saecula. Amen. Fiat.

Deinde: Fac nos dignos qui dicamus cum gratiarum actione: Pater noster qui es in caelis.. sed libera nos a malo: per Christum Iesum Dominum nostrum.

Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲑⲣⲉϥϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ ϧⲁ ⲛⲉⲕⲉ̀//
ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲛ̀ϫⲉ ⲫⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲛⲟⲃⲓ ⁘ Ⲟⲩⲇⲉ ϧⲁ
ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⁘

Ⲟⲩ ⲗⲁⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⁘ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏ̀ⲥⲟⲛ ⁘

Ⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲓ ⲓⲱⲧ ⲡⲓ Ⲡⲁⲡⲁ (ⲛⲉⲙ ⲡⲓ
Ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭ ⲥ) ⲛⲉⲙ ⲡⲓ Ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⁘

Ⲡⲁⲗⲓⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛ†ϩⲟ ⲉ̀ Ⲫ† ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟ//
ⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩ†:
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ Ⲓⲏ̅ⲥ̅ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⁘

Ⲧⲉⲛ†ϩⲟ: ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉ//
ⲧ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ ⁘

Ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲡⲁⲡⲁ
ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅: ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲛⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ ⲛ̀ⲓⲱⲧ ⲉⲩ//
ⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅ ⁘

Ⲟⲩ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲉϥϫⲟⲥ ⁘ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ⲩⲡⲉⲣ
ⲧⲟⲩ ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲱⲥ ⲏⲙⲱⲛ: Ⲡⲁⲡⲁ ⲁⲃⲃⲁ ⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅:
ⲕⲁⲓ ⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲟⲩ ⲕⲩⲣⲓⲟⲩ ⲛ̅ⲓ̅ⲙ̅ ⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟ//
ⲡⲟⲩ ⲧⲏⲥ ⲙⲉⲅⲁⲗⲏⲥ ⲡⲟⲗⲉⲱⲥ Ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲉⲓⲁⲥ:
ⲕⲁⲓ ⲧⲱⲛ ⲟⲣⲑⲟⲇⲟⲝⲱⲛ ⲏ̀ⲙⲱⲛ ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲱⲛ:

Ⲟⲩ ⲗⲁⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⁘ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ⁘

Ⲟ̀ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⁘ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲁⲣⲉϩ ⲁⲣⲉϩ
ⲉ̀ⲣⲟϥ ⲛⲁⲛ ϩⲁⲛ ⲙⲏϣ ⲛ̀ ⲣⲟⲙⲡⲓ; ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ ⲥⲏⲟⲩ
ⲛ̀ ϩⲓⲣⲏⲛⲏⲕⲟⲛ ⁘

Ⲉϥϫⲱⲕⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ ⲑⲏ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲁⲕⲧⲉⲛϩⲟⲩⲧϥ
ⲉ̀ⲣⲟⲥ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲧⲕ ⲙ̀ ⲙⲉⲧⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲕⲁⲧⲁ
ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲛ ⁘

Ⲉϥϣⲱⲧⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲙ̀ ⲡ ⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ † ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ
ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⁘

Ⲉϥⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛⲉⲙ
ⲟⲩ ⲙⲉⲑⲙⲏⲓ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲟⲣ//
ⲑⲟⲇⲟⲝⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ ⳾

Ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ: ⲛⲉⲙ ⲫⲙⲟϩ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲧⲉⲕⲟⲩⲓ̀ ⲙ̀ ⲙⲁⲩⲁⲧⲥ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ⲛ̀ⲕⲁⲑⲟⲗⲓⲕⲏ:
ⲛ̀ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲓⲕⲏ ⲛ̀ⲉⲕ̀ⲕⲗⲏⲥⲓ̀ⲁ ⳾

Ⲉⲕⲉⲉ̀ⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲛ̀ ⲟⲩ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ:
ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲟⲩϫⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲙⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⳾

Ⲛⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲇⲉ ⲉⲧⲟⲩⲓ̀ⲣⲓ ⲙ̀ ⲙⲱⲟⲩ ⲉ̀ϩ//
ⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲛ ⳾ Ⲛⲉⲙ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲧⲏⲣϥ ⳾ Ⲛⲉⲙ
ⲡⲟⲩⲛ ϩⲱⲛ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉ̀ϫⲱⲟⲩ ⳾

Ϣⲟⲡⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲕ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲡⲉⲕⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲑⲩ̂
ⲛ̀ ⲉⲗⲗⲟⲅⲓⲙⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ ⲫⲉ ⲉ ⲟⲩ ⲥⲑⲟⲓ ⲛ̀ ⲥⲑⲟⲓ//
ⲛⲟⲩϥⲓ ⳾ Ⲟⲩⲟϩ ⲛⲟⲩϫⲁϫⲓ ⲙⲉⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲩ//
ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲱⲟⲩ: ⲛⲉⲙ ⲛⲏ ⲉⲧⲉⲛⲥⲉⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⲁⲛ ⳾

ϧⲉⲙϧⲱⲙⲟⲩ: ⲟⲩⲟϩ ⲙⲁⲑⲉⲃⲓⲟ̀ ⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ ⲛ̀
ⲛⲟⲩϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲛ̀ⲭⲱⲗⲉⲙ ⳾

Ⲛⲑⲱⲟⲩ ⲇⲉ ⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ϩⲓⲣⲏⲛⲏ;
ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲧⲟⲩⲃⲟ̀: ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲇⲓⲕⲉⲟ̀ⲥⲩⲛⲏ: ϧⲉⲛ
ⲧⲉⲕⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓ̀ⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾

Ⲟⲩ ⲗⲁⲟⲥ ⲁ ϫⲱ ⳾ Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉ̀ⲏⲥⲟⲛ ⳾

Ⲟⲩ ⲉⲩⲭⲏ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲉⲛϫⲓⲛⲑⲱⲟⲩϯ ⳾

Ⲡⲁⲗⲓⲛⲟⲛ ⲙⲁⲣⲉⲛϯϩⲟ̀ ⲉ ⲫϯ ⲡⲓ ⲡⲁⲛⲧⲟ//
ⲕⲣⲁⲧⲱⲣ: ⲫⲓⲱⲧ ⲙ̀ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅: ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ:
ⲟⲩⲟϩ ⲡⲉⲛⲥⲱϯⲏⲣ Ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⳾

Ⲧⲉⲛϯϩⲟ̀ ⲟⲩⲟϩ ⲧⲉⲛⲧⲱⲃϩ ⲛ̀ ⲧⲉⲕⲙⲉⲧⲁ̀//
ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲓ ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ: ⲁⲣⲓⲫⲙⲉⲩⲓ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ ⲛⲉⲛϫⲓⲛ//
ⲑⲱⲟⲩϯ ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲟⲩ ⳾

Ⲟ̀ ⲇⲓⲁ̀ⲕⲱⲛ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲝⲁⲥⲑⲉ ̀ⲩⲡⲉⲣ ⲧⲏⲥ ⲁⲅⲓⲁⲥ ⲉⲕ̀ⲕⲗⲏⲥⲓⲁⲥ ⲧⲁⲩϯⲏⲥ: ⲕⲁⲓ ⲧⲱⲛ ⲥⲩⲛⲉ// ⲗⲉⲩⲥⲉⲱⲛ ⲏ̀ⲙⲱⲛ:

Ⲟ̀ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ⳾ Ⲙⲏⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩϣⲱⲡⲓ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ⲁⲩⲉⲣⲕⲱⲗⲩⲛ ⲛ̀ ⲁⲩⲧⲁϩⲛⲟ ⲉⲑⲣⲉⲡⲁⲓⲧⲟⲩ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲛ: ϩⲁⲛ ⲛⲓ ⲛ̀ ⲉⲩⲭⲏ: ϩⲁⲛ ⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲩⲃⲟ̀: ϩⲁⲛ ⲉ̀ ⲥⲙⲟⲩ ⳾

Ⲁⲣⲓⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲙ̀ ⲙⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ ⲡⲟ̅ⲥ̅: ⲛⲉⲙ ⲛⲉⲕⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲉⲑⲛⲏⲟⲩ ⲙⲓⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲛ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⳾

Ϯⲱⲛⲕ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲫ̅ϯ̅: ⲙⲁⲣⲟⲩϫⲱⲣⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲉⲕ// ϫⲁϫⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲙⲁⲣⲟⲩⲫⲱⲧ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲁⲧϩⲏ ⲙ̀ ⲡⲉⲕ// ϩⲟ̀ ⲛ̀ϫⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲙⲟⲥϯ ⲙ̀ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⳾

Ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ ⲇⲉ ⲙⲁϥⲉϥϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓ ⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲁⲛϣⲟ ⲛ̀ ϣⲟ: ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛ ⲑ̀ⲃⲁ ⲛ̀ⲑ̀ⲃⲁ: ⲉⲩⲓ̀ⲣⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲟⲩⲱϣ ⳾ ϧⲉⲛ ⲛⲓ ϩ̀ⲙⲟⲧ ⳾ Ⲫⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⳾

Ⲓ̀ⲧⲁ ⲉⲩⲭⲱ ⲙ̀ ⲡⲓ ⲛⲁϩϯ ⳾

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲧⲁⲗⲉ ⲙⲡⲓⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ⳾

Ⲧⲉⲛⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟⲕ ⲱ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲙ Ⲡⲉⲕⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ϫⲉ ⲁⲕⲓ̀ ⲁⲕⲥⲱϯ ⲙ̀ⲙⲟⲛ: Ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡ̅ⲭ̅ⲥ̅ ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ: ⲟⲩⲡⲣⲟⲥⲱⲡⲟⲛ ⲛ̅ⲟⲩⲱⲧ: ⲙⲁⲣⲉⲛⲟⲩ// ⲱϣⲧ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲙⲁⲣⲉⲛϯⲡⲱⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ: ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲱⲟⲩ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ: ϫⲉ ϥⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ϫⲉ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ ⲡ̅ⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛ// ⲛⲟⲩϯ: ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ ⲫ ⲙⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥϭⲁ// ⲗⲁⲩϫ ⳾

Ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓ̈ⲉⲣⲉⲩⲥ ⲱⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲉϥⲥⲙⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲓⲗⲁⲟⲥ ⲉϥϫⲟⲥ ∴

Ⲫϯ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ: ⲧⲁ̀ϣ ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲉⲣⲟⲛ; ϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟⲛ: ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲉ̀ⲣⲟⲛ, ⲥⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ⲣⲟⲛ: ⲁⲣⲓⲃⲟⲏⲑⲓⲛ ⲉⲣⲟⲛ; ⲱⲗⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲕϫⲱⲛⲧ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁⲣⲟⲛ: ⲇⲉⲙⲡⲉⲛϣⲓⲛⲓϧⲉⲛ ⲡⲉⲛⲟⲩϫⲁⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲭⲁ ⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲓ ⲛⲁⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ∴

Ⲟ̀ ⲗⲁⲟⲥ ∴ Ⲁⲙⲏⲛ: Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ ∴

Ⲟ̀ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ∴ Ⲥⲉ̀ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟⲕ Ⲡⲭ̂ⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ∴

Ⲟ̀ ⲗⲁⲟⲥ: Ⲕⲩⲣⲓⲉ ⲉⲗⲉⲏⲥⲟⲛ.

Ⲙⲁⲧⲁϫⲣⲉ ϯⲕⲣⲓⲡⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀ ∴

Ⲧⲙⲉⲧϩⲏⲧ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉϯⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ: ⲙⲁⲣⲉⲥϭⲉⲛⲟⲩⲓⲛⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ ϧⲏⲧⲉⲛ ∴

Ⲙⲁⲣⲉⲥⲁⲓⲁⲓ ⲛ̀ϫⲉ ϯⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲛ̀ⲁϩϯ ∴

Ⲥⲱⲟⲩⲧⲉⲛ ⲛⲁⲛ́ ⲙ̀ⲫⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ∴

Ⲛⲓⲙⲁⲛ̀ⲉⲥⲱⲟⲩ ⲙⲟⲣⲟⲩ: ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲩⲁ̀ⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲙⲁⲧⲁϫⲣⲱⲟⲩ ∴

Ⲙⲟⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲧⲥⲁⲓⲉ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲗⲏⲣⲟⲥ ∴

Ⲟⲩⲉⲅⲕⲣⲁⲧⲓⲁ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲟⲛⲁⲭⲟⲥ ∴

Ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ̀ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲓⲁ̀ ∴

Ⲟⲩⲱⲛϧ ⲉ̀ⲛⲁⲛⲉϥ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲅⲁⲙⲟⲥ ∴

Ⲟⲩⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧ ϧⲉⲛ ϯⲙⲉⲧⲁ̀ⲛⲟⲓⲁ̀ ∴

Ⲟⲩⲙⲉⲧⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲟⲓ ⲛ̀ⲣⲁⲙⲁⲟ̀ ∴

Ⲟⲩⲙⲉⲧⲉ̀ⲡⲓⲕⲏⲥ ⲛ̀ⲛⲏ ⲉⲧⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ∴

Ⲟⲩⲃⲟⲏⲑⲓⲁ̀ ⲛ̀ⲛⲓϩⲏⲕⲓ ∴

Ⲛⲓϧⲉⲗⲗⲟⲓ ⲙⲁⲧⲁⲭⲣⲱⲙⲟⲩ: ⲛⲏⲉⲧϧⲉⲛ ϯⲙⲉⲧ//
ⲃⲉⲣⲓ ⲙⲁⲥⲃⲱ ⲛⲱⲟⲩ ·ⲋ·

Ⲛⲓⲁⲑⲛⲁϩϯ ⲙⲁⲧⲁⲥⲑⲱ̀ⲟⲩ ·ⲋ·

Ⲙⲁⲣⲟⲩⲕⲏⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲫⲱⲣϫ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ̀.

Ⲃⲱⲗ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲓⲙⲉⲧϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϩⲉ//
ⲣⲉⲥⲓⲥ ·ⲋ·

Ⲁⲛⲟⲛ ⲇⲉ ⲧⲏⲣⲉⲛ ⲟⲛⲧⲉⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ϯⲙⲉⲧⲟⲩⲁⲓ
ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ·ⲋ·

Ⲟ̀ Ⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲗⲉⲅⲉⲓ ·ⲋ· Ⲧⲉⲛϣⲉⲡϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲟⲧⲕ
ⲡⲟⲥ Ⲡⲭ︦ⲥ︦ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲁ̀ⲗⲏⲑⲓⲛⲟⲥ ⲫⲏ
ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯⲟⲩⲥⲓⲁ̀ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲧⲑⲱⲗⲉⲃ ⲫⲓⲱⲧ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ·ⲋ·

Ϫ̀ⲉ ⲁⲕⲙⲉⲛⲣⲓⲧⲉⲛ ⲙ̀ⲡⲁⲓⲣⲏϯ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲕⲧⲏⲓⲕ
ⲉ̀ ⲡϧⲟⲗϧⲉⲗ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉⲛⲥⲱϯ ·ⲋ·

Ⲉ̀ⲁⲕⲉⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲧⲁⲛϧⲟ̀: ⲉ̀ⲃⲟⲗ//
ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲉⲕⲥⲱⲙⲁ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲥⲛⲟϥ ⲉⲧ//
ⲧⲁⲓⲏⲟⲩⲧ ·ⲋ·

Ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁ̀ϥⲟⲩⲱⲛ ⲛⲁⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲛ̀ⲧⲉ
ⲡⲱⲛϧ ·ⲋ·

Ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲧⲁⲙⲟⲛ ⲉ̀ ⲡⲓ̀ⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ϣⲉ ⲉ̀ ⲡϣⲱⲓ ⲉ̀
ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ·ⲋ·

Ⲫⲏ ⲉ̀ⲧⲁϥⲉⲣⲭⲁⲣⲓⲍⲉⲥⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲙ̀ⲡⲁ//
ϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲛ ·ⲋ·

Ⲛⲑⲟⲕ ⲟⲛ ⲡ̀ⲟ︦ⲥ︦ ⲡⲓⲁ̀ⲅⲁⲑⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ:
ⲁⲣⲉϩ ⲉ̀ ϯⲇⲱⲣⲉⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕϩⲙⲟⲧ ⲛ̀ϧⲣⲏⲓ ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛ:
ⲉ̀ ⲟⲩϩⲁⲡ ⲁⲛ ⲟⲩⲇⲉ ⲟⲩϩⲓⲟⲩⲓ̀ ⲉ̀ ⲡϩⲁⲡ ·ⲋ·

Ⲁⲗⲗⲁ ⲉ̀ ⲟⲩⲁ̀ⲡⲟⲗⲁⲩⲥⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲱⲟⲩ: ⲛⲉⲙ
ⲟⲩϫⲫⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲱⲛϧ: ⲉ̀ ⲟⲩⲧⲁϩⲟ̀ⲉ̀ⲣⲁⲧϥ ⲛ̀ⲧⲉ
ϯⲯⲩⲭⲏ: ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲟⲩⲃⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ·ⲋ·

Ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲟⲛϧ ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ: ⲟⲩⲟϩ ⲉⲛ̀ⲧⲉⲛϣⲁⲛϣ ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛ̀ϧⲏⲧⲕ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉⲛϫⲱⲕ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲛ̀ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ϭⲓⲱⲟⲩ ⲛ̀ϧⲏⲧⲉⲛ ⳾

Ϫⲉ ⲛⲑⲟⲕ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ: ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲓⲱⲟⲩ ⲉⲣⲡⲣⲉⲡⲓ ⲛⲁⲕ: ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲙⲟⲛⲟⲅⲉⲛⲏⲥ ⲛ̀ϣⲏⲣⲓ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲟⲙⲟⲟⲩⲥⲓⲟⲥ ⲛⲉⲙⲁⲕ: ϯⲛⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛⲉⲙ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ ⲉⲛⲉϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ: ⲁⲙⲏⲛ ⳾

Ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲟⲩⲧⲣⲟⲡⲁⲣⲓ ⲛⲧⲉ ϯⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⳾

Ⲱ ϯⲙⲁⲥⲛⲟⲩϯ ⲛ̀ⲑⲟ ⲡⲉ ϯⲃⲱ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲗⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲫⲙⲏⲓ ⳾ ⲑⲏ ⲉ̀ⲧⲁⲥϣⲁⲓ ϧⲁⲡⲓ ⲥⲙⲁϩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲱⲛϧ ⳾

Ⲛ̀ⲑⲟ ⲡⲉ ⲧⲉⲛϯϩⲟ ⲉ̀ⲣⲟ ⲱ̀ⲑⲏ ⲉⲑⲙⲉϩ ⲛ̀ ϩⲙⲟⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ: ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲛⲟϩⲉⲙ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲛⲯⲩⲭⲏ ⳾

Ϧⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩϯ ϥⲥⲙⲁⲣⲱⲟⲩⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲏⲛⲓ ⳾

Ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉⲥⲉⲃⲧⲉ ⲡⲉⲛⲙⲱⲓⲧ ⲛⲁⲛ ⲛ̀ϫⲉ ⲫ︦ϯ︦ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟⲩϫⲁⲓ ⳾

Ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲓ ⲙ̀ ⲙⲉⲧⲣⲉⲙϩⲉ ⳾

Ⲫ︦ϯ︦ ⲉϥⲉϣⲉⲛϩⲏⲧ ϧⲁⲣⲟⲛ: ⲉϥⲉ̀ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲛ: ⲉϥⲉⲟⲩⲱⲛϩ ⲙ̀ⲡⲉϥϩⲟ ⲉ̀ϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲛ ⲟⲩⲟϩ ⲉϥⲉ̀ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲛ.

Ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲟϩⲉⲙ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ: ⲥ̀ⲙⲟⲩ ⲉ̀ⲧⲉⲕⲕ̀ⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲁ: ⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ϭⲁⲥⲟⲩ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ.

Ϭⲓⲥⲓ ⲙ̀ⲡ̀ⲧⲁⲛ ⲛ̀ⲛⲓⲭ̀ⲣⲓⲥⲧⲓⲁ̀ⲛⲟⲥ: ϩⲓⲧⲉⲛ ⲧϫⲟⲙ ⲙ̀ⲡⲓⲥ̀ⲧⲁⲩⲣⲟⲥ ⲛ̀ⲣⲉϥⲧⲁⲛϧⲟ.

Ϩⲓⲧⲉⲛ ⲛⲓⲧ̀ϩⲟ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲱⲃϩ ⲉ̀ⲧⲉⲥⲓⲣⲓ ⲙ̀ⲙⲱ// ⲟⲩ ϧⲁⲣⲟⲛ ⲛ̀ⲥⲏⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ: ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲛ̀ⲛⲏⲃ ⲧⲏⲣⲉⲛ ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲩ̅ ϯⲁⲅⲓⲁ̀ Ⲙⲁⲣⲓⲁ.

Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲅ̅ ⲛ̀ⲛⲓϣϯ ⲛ̀ⲣⲉϥⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ ⲉⲑⲩ̅: Ⲙⲓ// ⲭⲁⲏⲗ ⲛⲉⲙ Ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ ⲛⲉⲙ Ⲣⲁⲫⲁⲏⲗ.

Ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲇ̅ ⲛ̀ⲍⲱⲟⲛ ⲛ̀ⲁⲥⲱⲙⲁⲧⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲕ̅ⲇ̅ ⲙ̀ⲡⲣⲉⲥⲃⲩⲧⲉⲣⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲧⲁⲅⲙⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲉⲡⲟⲩ// ⲣⲁⲛⲓⲟⲛ: Ⲛⲉⲙ ⲡⲓϣⲗⲏⲗ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲡⲁ̀ⲧⲣⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡ̀ⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲫⲟⲣⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓ// ⲑⲙⲏⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲇⲓⲕⲉⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲥⲁⲃⲉ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲙ̀ⲡⲁ// ⲣⲑⲉⲛⲟⲥ: ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲥⲙⲟⲩ ⲛ̀ϯⲑⲉⲟ̀ⲧⲟⲕⲟⲥ ⲉⲑⲩ̅: Ϯⲁⲅⲓⲁ̀ Ⲙⲁⲣⲓⲁ̀ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ ⲛⲉⲙ ϧⲁⲉ:

Ⲉ̀ⲣⲉ ⲡⲟⲩ̀ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩ̀ϩⲙⲟⲧ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩϫⲟⲙ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩⲭⲁⲣⲓⲥ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ ⲛⲉⲙ ⲧⲟⲩⲃⲟ̀ⲏⲑⲓⲁ̀ ϣⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙⲁⲛ ⲧⲏⲣⲉⲛ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ: ⲁⲙⲏⲛ.

Ⲁⲣⲓⲧⲉⲛ ⲙ̀ⲡ̀ϣⲁ ⲉⲛϫⲟⲥ ϧⲉⲛ ⲟⲩϣⲉⲡϩ̀ⲙⲟⲧ ⁖ Ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲧ ϩⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀... Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲣⲉⲛⲧⲉⲛ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ: ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲁϩⲙⲉⲛ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϩⲁ ⲡⲓⲡⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⁖ ϧⲉⲛ Ⲡⲭ̅ⲥ̅ Ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⁖

B. - AETHIOPUM

Sacerdos incipit: Misericordia sua misereatur nobis Dominus. Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen Tuum, adveniat regnum regnum Tuum, et fiat voluntas Tua, ut in caelo, sic in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Dimitte nobis delictum nostrum et culpam nostram, sicut et nos dimittimus ei qui deliquit in nos. Ne nos inducas, Domine, in tentationem, sed salva nos et eripe nos ab omni malo: quia Tuum est regnum, et Tua virtus et gloria, in saecula saeculorum. Amen.

Et populus recitat Orationem dominicam simul cum sacerdote.

Deinde, incipiente sacerdote, omnes recitant sequentem orationem, sive Salutationem Angelicam:

Secundum salutationem Angeli Gabrielis: O Domina nostra Maria, salve, Virgo mente et Virgo corpore. Mater Dei Sabaoth, salve. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Exsulta, o Laeta, Maria gratia plena. Dominus tecum, intercede et ora pro nobis dilectum Filium tuum Iesum Christum, ut dimittat nobis peccata nostra, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Et iterum omnes: O Maria, concepta quin ad te perveniat peccatum Adae, ora pro nobis te exspectantibus.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, per omne tempus: nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Sacerdos dicit orationem gratiarum actionis:

Sacerdos: Gratias agamus benefactori nostro Domino misericordi, Patri Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quia protexit nos, iuvit, et custodivit, et misertus est nostri: ad se accedere fecit; suscepit nos, roboravit, et multiplicavit nos usque ad hanc horam: rogemus ergo illum iterum, ut custodiat nos in hac die sancta, omnibusque diebus vitae nostrae in pace, Omnipotens Dominus Deus noster.

Diaconus: Orate.

Sacerdos: Domine, Domine Omnipotens, Pater Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, gratias agimus Tibi de omnibus, pro omnibus et in omnibus, quia protexisti nos, iuvisti nos, custodisti nos et misertus es nostri: suscepisti, roborasti et multiplicasti nos usque ad hanc horam.

Diaconus: Petite et rogate ut misereatur nostri Dominus et parcet nobis: suscipietque orationem et deprecationem quae fit pro nobis a Sanctis suis, ut benignus erga nos semper, efficiat nos dignos ut suscipiamus,

ሥርዓተ ፡ ጸሎተ ፡ ዘዓቢይ ፡ ሥሬት ፡ አው ፡ ኢዮቤል ።

ካህን ፤ ይምሐረነ ፡ ይሠሀለነ ፡ እግዚአብሔር ፡

ኀበል ፡ አቡነ ፡ ዘበሰማያት ።

አቡነ ፡ ዘበሰማያት ፡ ይትቀደስ ፡ ስምከ ፤ ትምጻእ ፡ መንግሥትከ ፤ ወይኩን ፡ ፈቃድከ ፡ በከመ ፡ በሰማይ ፡ ከማሁ ፡ በምድር ። ሢሳየነ ፡ ዘለለዕለትነ ፡ ሀበነ ፡ ዮም ፤ ኅድግ ፡ ለነ ፡ አበሳነ ፡ ወጌጋየነ ፡ ከመ ፡ ንሕነኒ ፡ ነኀድግ ፡ ለዘአበሰ ፡ ለነ ፤ ኢታብአነ ፡ እግዚኦ ፡ ውስተ ፡ መንሱት ፤ አላ ፡ አድኅነነ ፡ ወባልሐነ ፡ እምኵሉ ፡ እኩይ ፤ እስመ ፡ ዚአከ ፡ ይእቲ ፡ መንግሥት ፡ ኃይል ፡ ወስብሐት ፡ ለዓለመ ፤ ዓለም ፡ አሜን ።

በሰላመ ፡ ቅ ፡ ገብርኤል ፡ መልአክ ።

ኦእግዝእትነ ፡ ማርያም ፡ ሰላም ፡ ለኪ ፤ ድንግል ፡ በኅሊናኪ ፡ ወድንግል ፡ በሥጋኪ ፤ እመ ፡ እግዚአብሔር ፡ ፀባዖት ፡ ሰላም ፡ ለኪ ፤ ቡርክት ፡ አንቲ ፡ እምአንስት ፡ ወቡሩክ ፡ ፍሬ ፡ ከርሥኪ ። ተፈሥሒ ፡ ፍሥሕት ፡ አምልዕተ ፡ ጸጋ ፡ እግዚአብሔር ፡ ምስሌኪ ፡ ሰአሊ ፡ ወጸልዩ ፡ ኀበ ፡ ፍቁር ፡ ወልድኪ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ከመ ፡ ይሥረይ ፡ ለነ ፡ ኃጣውኢነ ፡ ይእዜ ፡ ወበጊዜ ፡ ሞትነ ፤ አሜን ።

ኦማርያም ፡ ዘተፀነስኪ ፡ እንበለ ፡ ይብጻሕ ፡ ብኪ ፡ ኀጢአተ ፡ አዳም ፤ ሰአሊ ፡ ለነ ፡ ለዘንጸንሐኪ ። ስብሐት ፡ ለአብ ፡ ስብሐት ፡ ለወልድ ፡ ስብሐት ፡ ለመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ ኵሎ ፡ ጊዜ ፡ ይእዜኒ ፡ ወዘልፈኒ ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ። አሜን ።

ጸሎተ ፡ አኰቴት ፡

ዘቅዱስ ፡ ባስልዮስ ።

ይ ፡ ካ ፡ ነአኵቶ ፡ ለገባሬ ፡ ሠናያት ፡ ላዕሌነ ፡ እግዚብሔር ፡ መሐሪ ፡ አቡሁ ፡ ለእግዚእነ ፡ ወአምላክነ ፡ ወመድኃኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ እስመ ፡ ሠወረነ ፡ ዓቀበነ ፡ ወአቅረበነ ፡ ወተወከፈነ ፡ ኀቤሁ ፡ ወተማኅፀነነ ፡ ወአጽንዓነ ፡ ወአብጽሐነ ፡ እስከ ፡ ዛቲ ፡ ሰዓት ። ንስአሎ ፡ እንከ ፡ ከመ ፡ ይዕቀበነ ፡ በዛቲ ፡ ሰዓት ፡ ቅድስት ፡ ኵሎ ፡ መዋዕለ ፡ ሕይወትነ ፡ በኵሉ ፡ ሰላም ፡ አኃዜ ፡ ኵሉ ፡ እግዚአብሔር ፡ አምላክነ ።

ይ ፡ ዲ ፡ ጸልዩ ።

participesque simus communionis mysterii benedicti, et dimittat nobis peccata nostra.

Dicetque omnis populus ter: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Ut ducamus hunc diem sanctum et omnes dies vitae nostrae in pace cum timore Tuo: omnem invidiam, omnem dolum, omnemque operationem Satanae, omnem machinationem hominum improborum, insultationemque inimici secretam et manifestam, procul fac et depelle a me, et ab omni populo Tuo, et ab hoc loco sancto Tuo; quaecumque bona, quaecumque praestantia, mandato Tuo praesta nobis: quia Tu es qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, omnemque virtutem inimici. Et ne nos inducas, Domine, in tentationem: sed libera et eripe nos ab omni malo; per gratiam, misericordiam et amorem erga homines Filii Tui Unigeniti, Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi: per quem, cum quo, et cum Spiritu Tuo Sancto, Te decet gloria et imperium, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen (*Ex initio Ordinis communis Liturgiae: Liturgicum, ed. Asmara 1913, pag. 16; Renaudot, Liturgiarum orientalium collectio, ed. Francofurti 1847, I, 476*).

Sacerdos adolet incensum, dicens: Salve, sancta Ecclesia, habitaculum pacis. Salve, Virgo Mater Dei: tu es thuribulum aureum quae carbonem ignitum portasti. Benedictus qui eum accipit e sanctuario, eum qui dimittit peccata et delet crimina, qui est Dominus Deus, Verbum ex te incarnatum, qui se obtulit Patri suo in incensum praecipuum, sacrificiumque pretiosum. Adoramus te, Christe, cum Patre Tuo bono et misericordi, et cum Spiritu Tuo sancto et vivificanti, quia Tu advenisti et salvasti nos. (*Ibid., p. 21; Renaudot, p. 480*).

Sacerdos dicit orationem pro pace:

Et iterum deprecamur Deum Omnipotentem, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, pro pace sanctae, unae, catholicae Ecclesiae; cui concedat ut fiat magna pax super omnes pastores (populorum), populos et greges, Ille cui dispensatio est omnis pacis, Dominus Deus noster.

Diaconus: Orate pro pace.

Populus: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Domine Deus noster Omnipotens, Te deprecamur et supplicamus pro pace sanctae, unius, catholicae Ecclesiae. O Rex pacis, da nobis pacem, sicut dedisti nobis omnia. Posside nos, Deus, da nobis mercedem, quia praeter Te nullum agnoscimus, et nomen sanctum Tuum nominamus et invocamus. Pacem Tuam caelestem tribue nobis omnibus. Conserva in pace, in hoc mundo, vitam et conditionem nostram. Concede pacem Regi huius regionis, et per nomen sanctum Tuum consilium impertire his qui finitimis populis dominantur. In pace custodi introitum et exitum nostrum,

ይ ፡ ካ ፡ እግዚእ ፡ እግዚኦ ፡ እግዚአብሔር ፡ አኃዜ ፡ ኵሉ ፡ አቡሁ ፡ ለእግዚእነ ፤ ወመድኃኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ነአኵተከ ፡ ላዕለ ፡ ኵሉ ፡ ግብር ። በእንተ ፡ ኵሉ ፡ ግብር ፡ ወውስተ ፡ ኵሉ ፡ ግብር ። እስመ ፡ ሠወርከነ ፡ ወረዳእከነ ፡ ወአቅረብከነ ፡ ወተወከፍከነ ፡ ኀቤከ ፡ ወተማኅፀንከነ ። ወአጽናዕከነ ፡ ወአብጻሕከነ ፡ እስከ ፡ ዛቲ ፡ ሰዓት ።

ይ ፡ ዲ ፡ ኀሡ ፡ ወአስተብቍዑ ፡ ከመ ፡ ይምሐረነ ፡ እግዚብሔርር ፡ ወይሠሀል ፡ ላዕሌነ ። ወይትወከፍ ፡ ጸሎተ ፡ ወስእለተ ፡ እምነ ፡ ቅዱሳኒሁ ፡ በእንቲአነ ። በዘይሤኒ ፡ ኵሎ ፡ ጊዜ ፡ ይረስየነ ፡ ድልዋነ ፡ ከመ ፡ ንንሣእ ፡ እምሱታፌ ፡ ምሥጢር ፡ ቡሩክ ፡ ወይሥረይ ፡ ለነ ፡ ኃጣውኢነ ።

ይ ፡ ሕ ፡ ኪርያላይሶን ።

ይ ፡ ካ ፡ በእንተ ፡ ዝንቱ ፡ ንስእለከ ፡ ወንኃሥሥ ፡ እምነ ፡ ኄሩትከ ፡ አመፍቀሬ ፡ ሰብእ ፡ ሀበነ ፡ ከመ ፡ ንፈጽም ፡ ዛተ ፡ ዕለተ ፡ ቅድስተ ፡ ወኵሎ ፡ መዋዕለ ፡ ሕይወትነ ፡ በኵሉ ፡ ሰላም ፥ ምስለ ፡ ፈሪሆትከ ። ኵሎ ፡ ቅንዓተ ፡ ወኵሎ ፡ መከራ ፡ ወኵሎ ፡ ግብረ ፡ ሰይጣን ፡ ወምክረ ፡ ሰብእ ፡ እኩያን ፡ ወትንሣኤ ፡ ፀር ፡ ዘኅቡእ ፡ ወዘገሀድ ፡ አርኅቅ ፡ እግዚኦ ፡ ዕምኔየ ። ይባርክ ፡ ላዕለ ፡ ርእሱ ። ☩ ወእምነ ፡ ኵሉ ፡ ሕዝብከ ። ይባርክ ፡ ላዕለ ፡ ሕዝብ ። ☩ ወእምዝንቱ ፡ መካን ፡ ቅዱስ ፡ ዘዚአከ ። ላዕለ ፡ ምሥዋዕ ። ☩ ኵሎ ፡ ሠናያተ ፡ ዘይሤኒ ፡ ወዘይኄይስ ፡ አዝዝ ፡ ለነ ፡ እስመ ፡ አንተ ፡ ዘወሀብከነ ፡ ሥልጣነ ፡ ከመ ፡ ንኪድ ፡ ከይሲ ፡ ወአቃርብተ ፡ ወዲበ ፡ ኵሉ ፡ ኃይለ ፡ ጸላኢ ።

ኢታብዐነ ፡ ውስተ ፡ መንሱት ። አላ ፡ አድኅነነ ፡ ወባልሐነ ፡ እምኵሉ ፡ እኩይ ፡ በጸጋ ፡ ወሣህል ፡ ዘለፍቅረ ፡ ሰብእ ፡ ዘለወልድከ ፡ ዋህድ ፡ አግዚእነ ፡ ወአምላክነ ፡ ወመድኃኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ዘቦቱ ፡ ለከ ፡ ስብሐት ፡ ወክብር ፡ ወእዘዝ ፡ ይደሉ ፡ ምስሌሁ ፡ ወምስለ ፡ መንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ ማሕየዊ ፡ ዘዕሩይ ፡ ምስሌከ ፡ ይእዜኒ ፡ ወዘልፈኒ ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ። አሜን ።

ይ ፡ ካ ፡ ሰላም ፡ ለኲ ፡

ይ ፡ ሕ ፡ ቅድስት ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ ማኅደረ ፡ መለኮት ።

ይ ፡ ካ ፡ ሰአሊ ፡ ለነ ፡

ይ ፡ ሕ ፡ ድንግል ፡ ማርያም ፡ ወላዲተ ፡ አምላክ ።

ይ ፡ ካ ፡ አንቲ ፡ ውእቱ ፡

ይ ፡ ሕ ፡ ማዕጠንት ፡ ዘወርቅ ፡ እንተ ፡ ጾርኪ ፡ ፍሕመ ፡ እሳት ፡ ቡሩክ ፡ ዘነሥአ ፡ እመቅደስ ፡ ዘይሰሪ ፡ ኃጢአተ ፡ ወይደመስስ ፡ ጌጋየ ። ዘውእቱ ፡ ዘእግዚአብሔር ፡ ቃል ፡ ዘተሰብአ ፡ እምኔኪ ፤ ዘአዕረገ ፡ ለአቡሁ ፡ ርእሶ ፡ ዕጣነ ፡ ወመሥዋዕተ ፡ ሥሙረ ። ንሰግድ ፡ ለከ ፡ ክርስቶስ ፡ ምስለ ፡ አቡከ ፡ ኄር ፡ ሰማያዊ ፡ ወመንፈስከ ፡ ቅዱስ ፡ ማሕየዊ ፡ እስመ ፡ መጻእከ ፡ ወአድኀንከነ ።

ut, quietam et tranquillam vitam degentes in omni pietate, consolidemur in timore Dei et in virtute Christi, per quem (*Ex versione aethiopica Constitutionum pseudo-apostolicorum, in Codice Borg. aethiop. 2, fol. 39*) Tibi cum eo, et cum Spiritu Sancto sit gloria et imperium, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. (*Conclusio restituta ex Renaudot, I, 486*).

Sacerdos subiungit orationem pro Papa:

Et iterum deprecamur Deum Omnipotentem, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum, pro benedicto et sancto Papa Abba Pio; ut dignetur illum nobis servare ad multos annos, ac tempora pacis largiatur illi, ut exerceat sacerdotium sibi a Te, Domine, concreditum. Hoc magnum et copiosum munus concedere dignetur Dominus Deus noster.

Diaconus: Orate pro Papa Abba Pio.

Populus: Kyrie, eleison.

Sacerdos: Domine Deus noster Omnipotens, Te deprecamur et supplicamus pro benedicto Papa Abba Pio. Serva eum nobis per multos annos et in pace ut exerceat sacerdotium sibi a Te, Domine, concreditum, una simul cum omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac omni plenitudine sanctae, unius, catholicae Ecclesiae. Orationem quam ad Te dirigimus pro nobis et pro omni populo, audi et accipe illam, aperi nobis thesaurum Tuae clementiae, ac magis in dies ex alto effunde super illum abundantem gratiam Spiritus Tui Sancti, Tuam divinam benedictionem, quam impertietur populo Tuo; et praeterea submitte illi omnem inimicum, visibilem et invisibilem, et contere illum sub pedibus eius: ipsum in veritate conserva Ecclesiae Tuae sanctae in gloria, per Filium Tuum unicum, per quem Tibi cum ipso et cum Spiritu Sancto sit gloria et virtus, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. (*Ex versione aethiopica Constitutionum pseudo-apostolicarum, in Codice Borg. aethiop. 2, fol. 39vo*).

Deinde ab omnibus subiungitur Symbolum fidei: Credimus in unum Deum...

In honorem Ssmae Eucharistiae dicat Sacerdos: Domine aeterne, lumen vitae, qui nobis famulis Tuis dedisti robur et conservationem praeteritis diebus et noctibus; benedic nos in pace custodiens hac die et in posterum: per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem Tibi cum eo, et Spiritu Sancto sit gloria et imperium, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Diaconus: Gratias agamus Domino, quia ex donis sanctis eius accepimus, et deprecemur et supplicemus, collaudantes Dominum Deum nostrum, ut sit remedium ad vitam animae.

Sacerdos: Laudationem Domini laudetur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto eius in saeculum, et in saeculum saeculi.

ጸሎት ፡ በእንተ ፡ ሰላም ፡ ወካዕበ ፡ ናስተበቍዕ ፡ ዘኵሎ ፡ ይእኅዝ ፡ እግዚ.አብሔር ፡ አብ ፡ ለእግዚእ ፡ ወመድኃኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ በእንተ ፡ ሰላም ፡ ለቅድስት ፡ አሐቲ ፡ እንተ ፡ ላዕለ ፡ ኵሉ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ ከመ ፡ ብዙኃ ፡ ሰላመ ፡ ይጸጉ ፡ ዲበ ፡ ኵሎሙ ፡ ኖሎት ፡ ወአሕዛብ ፡ ወዲበ ፡ ኵሉ ፡ መርዔት ፡ ዘለኵሉ ፡ ሰላም ፡ ሥልጣን ፡ ቦቱ ፡ እግዚ.አብሔር ፡ አምላክነ ። ይ ፡ ዲ ፡ ጸልዩ ፡ በእንተ ፡ ሰላም ። እግዚ.አብሔር ፡ አምላክነ ፡ ዘኵሎ ፡ ትእኅዝ ፡ ንስእለከ ፡ ወናስተበቍዓከ ፡ በእንተ ፡ ሰላም ፡ ለቅድስት ፡ አሐቲ ፡ እንተ ፡ ላዕለ ፡ ኵሉ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ ንጉሠ ፡ ሰላም ፡ ሰላመ ፡ ሀበነ ፡ እመ ፡ ኵሉ ፡ ወሀብከነ ፡ አጥርየነ ፡ እግዚ.አብሔር ፡ ወዕሥየነ ፡ እስመ ፡ ዘእንበሌከ ፡ ባዕደ ፡ አልቦ ፡ ዘናአምር ፡ ወስመከ ፡ ቅዱሰ ፡ ንሰሚ ፡ ወንጼውዕ ፡ አንተ ፡ ዘእምሰማያት ፡ ሰላመከ ፡ ክፍል ፡ ላዕለ ፡ ኵልነ ፡ ነፍስ ፡ ወንብረተነኒ ፡ በዝ ፡ ዓለም ፡ በሰላም ፡ ዕቀብ ፡ ለንጉሠ ፡ ዛቲ ፡ ምድር ፡ ሱላሜ ፡ ሀብ ፡ ወበቅዱስ ፡ ስምከ ፡ ሀብ ፡ ምክረ ፡ ለመኳንንት ፡ አሕዛብ ፡ አግዋረነ ፡ በኣተነ ፡ ወፀአተነ ፡ በሰላም ፡ ዕቀብ ፡ ከመ ፡ በሀዱእ ፡ ወጽምው ፡ ሕይወተ ፡ እንዘ ፡ ነሐዩ ፡ በኵሉ ፡ አምልኮ ፡ ሠናይ ፡ በፈሪሃ ፡ እግዚ.አብሔር ፡ ወበኂሩት ፡ ንትረከብ ፡ በክርስቶስ ፡ ዘቦቱ ፡ ለከ ፡ ምስሌሁ ፡ ወምሰለ ፡ ቅዱስ ፡ መንፈስ ፡ ስብሐተ ፡ ወእኂዝ ፡ ይእዜኒ ፡ ወዘልፈኒ ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ፡ አሜን ።

ጸሎት ፡ በአንተ ፡ ጳጳስ ፡ ወካዕበ ፡ ናስተበቍዕ ፡ ዘኵሎ ፡ ይእኅዝ ፡ እግዚ.አብሔር ፡ አብ ፡ ለእግዚእ ፡ ወመድኀኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ። በእንተ ፡ ብፁዕ ፡ ወቅዱስ ፡ ጳጳስ ፡ አባ ፡ ቲዮስ ፡ ከመ ፡ ዓቂበ ፡ ትዕቀቦ ፡ ለነ ፡ ለብዙኅ ፡ ዓመታት ፡ ወለመዋዕለ ፡ ሰላም ፡ እንዘ ፡ ይፌጽም ፡ ዘእምኀቤከ ፡ ሎቱ ፡ ተአመነ ፡ ክህነተ ፡ ዘብዑለ ፡ ጸጋ ፡ ይጼጉ ፡ እግዚአብሔር ፡ አምላክነ ፡ ። ይ ፡ ዲ ፡ ጸልዩ ፡ በአንተ ፡ ጳጳስ ፡ ቲዮስ ።

ይ ፡ ካ ፡ አብሔር ፡ አምላክነ ፡ ዘኵሎ ፡ ትእኅዝ ፡ ንስእለከ ፡ ወናስተበቍዓከ ፡ በእንተ ፡ ብፁዕ ፡ ጳጳስ ፡ ቲዮስ ፡ ዓቂበ ፡ ዕቀቦ ፡ ለነ ፡ ለብዙኅ ፡ ዓመታት ፡ በመዋዕለ ፡ ሰላም ፡ እንዘ ፡ ይፌጽም ፡ ዘእምኀቤከ ፡ ሎቱ ፡ ተአመነ ፡ ክህነተ ፡ ምስለ ፡ ኵሎሙ ፡ ኤጲስ ፡ ቆጶሳት ፡ ቀሳውስት ፡ ወዲያቆናት ፡ ወምስለ ፡ ኵሉ ፡ ፍጻሜሃ ፡ ለቅድስት ፡ አሐቲ ፡ እንተ ፡ ላዕለ ፡ ኵሉ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ። ወጸሎተሂ ፡ ዘይገብሩ ፡ በእንቲአነ ፡ ወበእንተ ፡ ኵሉ ፡ ሕዝብከ ፡ ስማዕ ፡ ወተወከፎሙ ፡ ወአርትዕ ፡ ሎሙ ፡ መዝገበ ፡ ምሕረትከ ፡ ወዓዲ ፡ ሎቱ ፡ ፈድፋደ ፡ ዘእምቅዱስ ፡ መንፈስከ ፡ ጸጋከ ፡ ከዓው ፡ ላዕሌሁ ፡ ዘእምሰማይ ፡ በረከተከ ፡ ከመ ፡ ይባርክ ፡ ሕዝበከ ፡ ወኵሎ ፡ እንከ ፡ ፀሮ ፡ ዘያስተርኢ ፡ ወዘኢያስተርኢ ፡ አግርር ፡ እንከ ፡ ወቀጥቅጥ ፡ ታሕተ ፡ እገሪሁ ፡ ወኪያሁሰ ፡ እንከ ፡ ዕቀቦ ፡ ለቤተ ፡ ክርስቲያንከ ፡ በስብሐት ። በ፩ወልድከ ፡ ዘቦቱ ፡ ለከ ፡ ምስሌሁ ፡ ወምስለ ፡ ቅዱስ ፡ መንፈስ ፡ ስብሐት ፡ ወእኂዝ ፡ ይእዜኒ ፡ ወዘልፈኒ ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ፡ አሜን ።

Populus: Pater noster...

Diaconus: Gratias ei agere debemus ut participes simus pretiosi ac sancti Mysterii.

Populus: Pater noster...

Sacerdos iterum: Laudationem Domini... *ut supra.*

Populus: Pater noster...

Sacerdos: Et iterum rogamus Omnipotentem Deum Patrem Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi: gratias Tibi agimus quia nos fecisti dignos sumendi de mysterio sancto Tuo. Non sit in crimen nec in iudicium, sed ad renovationem animae, corporis et spiritus; per unicum Filium Tuum, per quem (*Ex Liturgico, pp. 40-41; versio F. Talvacchia in « Bessarione », sept.-decemb. 1922, p. 294-296. Conclusio restituta ut supra*) Tibi cum eo, et cum Spiritu Sancto sit gloria et imperium, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

In honorem Ssmae Crucis:

Crux redemptio nostra, Crux fortitudo nostra, Crux salus animarum nostrarum. Iudaei negaverunt, nos autem credidimus; et qui credidimus virtute Crucis Eius salvi sumus.

Crux lux pro toto mundo, fundamentum Ecclesiae, Crux Tua, Domine, faciens resurgere mortuos.

Haec Crux redemptio et salus nostra.

Pro Iudaeis reprobatio fuit (*Repetitur:* Haec Crux...).

Pro nobis vita fuit (*Repetitur:* Haec Crux...). (*Ex officio S. Crucis, 17 maskaram = 27 septembris*).

Sacerdos: Domine, miserere nostri, Christe.

Populus: Domine, miserere nostri, Christe.

Sacerdos: Domine, miserere nostri, Christe.

Populus: Domine, miserere nostri, Christe.

Sacerdos: Domine, miserere nostri, Christe.

Populus: Domine, miserere nostri, Christe.

Sacerdos: Propter Mariam (intercedentem pro nobis), Domine miserere nostri, Christe.

Populus: Propter Mariam, Domine miserere nostri, Christe.

Sacerdos: Propter Mariam, Domine miserere nostri, Christe.

Populus: Propter Mariam, Domine miserere nostri, Christe.

Sacerdos: Propter Mariam, Domine miserere nostri, Christe.

Populus: Propter Mariam, Domine miserere nostri, Christe.

Sacerdos: Propter Michael, Domine miserere nostri, Christe.

Populus repetit semel, et sic deinceps.

Sacerdos: Propter Gabriel, Domine miserere nostri, Christe.

ለክብረ ፡ ቅ ፡ ቍርባን ፡

ይ ፡ ካ ፡ እግዚአብሔር ፡ ዘለዓለም ፡ ብርሃነ ፡ ሕይወት ፡ ዘወሀብከነ ፡ ለአግብርቲከ ጽንዐተ ፡ ወዕቅበተ ፡ በዘሀሎ ፡ ዕለታት ፡ ወለያልይ ፡ እንዘ ፡ ተዐቅብ ፡ በሰላም ፡ ባርክ ፡ በዘይእዜ ፡ መዋዕል ፡ ወበዘይመጽእ ፡ በእግዚእነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ዘቦቱ ፡ ለከ ፡ በል ።

እምዝ ፡ ፈ ፡ ይ ፡ ናእኵቶ ፡ ለእዚአብሔር ፡ ቅድሳቶ ፡ ነሢአነ ፡ ወከመ ፡ ለሕይወተ ፡ ነፍስ ፡ ይኩነነ ፡ ፈውሰ ፡ ንስአል ፡ ወንትማኅፀን ፡ እንዘ ፡ ንሴብሖ ፡ ለእግዚአብሔር ፡ አምላክነ ።

ይ ፡ ካ ፡ ስብሐተ ፡ እግዚአብሔር ፡ ይነግር ፡ አፉየ ፡ ወኩሉ ፡ ዘሥጋ ፡ ይባርክ ፡ ለስሙ ፡ ቅዱስ ፡ ለዓለም ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ።

ይ ፡ ሕ ፡ አቡነ ፡ ዘበሰማያት ፡ ኢታብአነ ፡ እግዚኦ ፡ ውስተ ፡ መንሱት ።

ይ ፡ ዲ ፡ ተመጠነ ፤ እም ፡ ሥጋሁ ፡ ቅዱስ ፡ ወእምደሙ ፡ ክቡር ፡ ለክርስቶስ ።

ይ ፡ ካ ፡ ስብሐተ ፡ እግዚአብሔር ።

ይ ፡ ሕ ፡ አቡነ ።

ይ ፡ ፈ ፡ ወናእኵቶ ፡ ይደልወነ ፡ ከመ ፡ ንሳተፍ ፡ ምሥጢረ ፡ ክብርተ ፡ ወቅድስተ ።

ይ ፡ ካ ፡ ስብሐተ ፡ እግዚአብሔር ፡ . . .

ይ ፡ ሐ ፡ አቡነ ፡ . . .

ይ ፡ ካ ፡ ወካዕበ ፡ ናስተበቍዕ ፡ ዘኵሎ ፡ ይእኅዝ ፡ እግዚአብሔር ፡ አብ ፤ ለእግዚእ ፡ ወመድኃኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ነአኵተከ ፡ እስመ ፡ ከፈልከነ ፡ ንንሣእ ፤ እምቅዱስ ፡ ምሥጢርከ ። ኢይኩን ፡ለርስሐት ፡ ወኢለኵነኔ ፡ አላ ፡ ለሐድሶ ፡ ነፍስ ፡ ወሥጋ ፡ ወመንፈስ ፡ በአሐዱ ፡ ወልድከ ፡ ዘቦቱ ፡ ለከ ፡ በል ።

ለክብረ ፡ መስቀል ።

መስቀል ፡ ቤዛነ ፡ መስቀል ፡ ጽንዕነ ፡ መስቀል ፡ መድኀኒተ ፡ ነፍስነ ፣ አይሁድ ፡ ክሕዱ ፡ ወንሕነኒ ፡ አመነ ፣ እለ ፡ አመነ ፡ በኀይለ ፡ መስቀሉ ፡ ድኅነ ።

መስቀል ፡ ብርሃን ፡ ለኵሉ ፡ ዓለም ፣ መሠረተ ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ መስቀልከ ፡ እግዚኦ ፡ መንሥኤ ፡ ሙታን ።

ዝንቱ ፡ መስቀል ፡ ቤዛነ ፡ ወመድኀኒትነ ፤ ለአይሁድ ፡ ስደተ ፡ ኮነ ። ዝ ፡ መ ፡… ወለነኒ ፡ ሕይወተ ፡ ኮነነ ። ዝ ፡ መ ፡…

Propter Raphael, Domine miserere nostri, Christe.
Propter Prophetas, Domine miserere nostri, Christe.
Propter Apostolos, Domine miserere nostri, Christe.
Propter Martyres, Domine miserere nostri, Christe.
Propter Iustos, Domine miserere nostri, Christe.

Sacerdos dicat benedictionem: Salvum fac populum Tuum, Domine, et benedic hereditati Tuae, rege eos et extolle illos usque in aeternum, et custodi eos. Quam (hereditatem) acquisivisti et redemisti sanguine Unigeniti Filii Tui, Domini, Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, quamque vocasti Ecclesiam, ut sit habitatio pro regibus et principibus, genti castae et populo sancto. (*Ex Liturgico, p. 42*).

ካህን ፡ ወሕዝብ ፡ ፮ተ ፡ ጊዜ ፡

እግዚኦ ፡ መሐረነ ፡ ክርስቶስ ፡

ከማሁ ፡

በእንተ ፡ ማርያም ፡ እግዚኦ ፡ መሐረነ ፡ ክርስቶስ ፡

ወእምዝ ፡

በእንተ ፡ ሚካኤል ፡ እግዚኦ ፡ መሐረነ ፡ ክርስቶስ ።
» ገብርኤል ፡ » » »
» ሩፋኤል ፡ » » »
» ነቢያት ፡ » » »
» ሐዋርያት ፡ » » »
» ሰማዕታት ፡ » » »
» ጻድቃን ፡ » » »

ቡራኬ ።

ይ ፡ ካ ፡ ኦእግዚኦ ፡ አድኅን ፡ ሕዝበከ ፡ ወባርክ ፡ ✠ ርስተከ ። ረዓዮሙ ፡ ወአልዕሎሙ ፡ እስከ ፡ ለዓለም ። ወዕቀቦሙ ፡ እንተ ፡ አጥረይከ ፡ ወቤዘውከ ፡ በደሙ ፡ ለዋሕድ ፡ ወልድከ ፡ እግዚእነ ፡ ወአምላክነ ፡ ወመድኃኒነ ፡ ኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ወዘጸዋዕከ ፡ ለቅድስት ፡ ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ ትኩን ፡ ማኅደረ ፡ ለነገሥት ፡ ወለመኳንንት ፡ ለዘመድ ፡ ንጹሕ ፡ ወለሕዝብ ፡ ቅዱስ ። እግዚአብሔር ፡ ምስለ ፡ ኵልክሙ ።

ይ ፡ ሕ ፡ ምስለ ፡ መንፈስከ ።

II

PRO RITU ANTIOCHENO

A. - SYRI ET MALANKARENSES

OFFICIUM INDULGENTIAE MAIORIS SIVE IUBILAEI

Trisagium: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis (*ter*).

Domine noster, miserere nobis; Domine noster, propitius esto nobis et miserere nobis; Domine noster, propitius esto servitio et orationibus nostris, et miserere nobis.

Gloria Tibi, Domine noster. Tibi laus, Creator noster. Tibi gratias. Tu spes nostra in saecula saeculorum.

Pater noster... sed libera nos a malo. Quia Tuum est regnum et virtus et laus, in saecula saeculorum. Amen.

Salve, omnium sanctissima, Dei Mater Maria, magnificus et pretiosissimus totius terrae thesaurus, ardentissima lampas, domus decoratissima, immaculatum altare Creatoris totius creationis: salve, quia tuis in manibus vocatus est Agnus Ille, qui tulit peccatum mundi et mundo salutem confert (*Rabbulae Edesseni: Officium feriale, ed. Šarfensis 1902, p. 501*).

Oratio initialis. ℣. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

℟. Clementia et misericordia descendant abundanter super nos miseros peccatores, in utroque mundo, in saecula saeculorum. Amen.

Oratio. Christe Deus noster, Tu qui missus es ut annuntiares annum Domino placentem, sicut prophetizavit princeps Prophetarum venerabilis Isaias, cuius librum legisti in synagoga Nazareth dum in mundo nostro viveres: Tu dignos facias nos perficere et absque negligentia celebrare festa a Te salubriter disposita hoc Anno sancto Iubilaei; non inanibus verbis, mundanis et vanis ornamentis, piis vero operibus, suavis paenitentiae fructibus, decore proborum operum et exercitatione recte factorum. Concede nobis, Salvator, sinceram fortitudinem et veram constantiam in conspectu populorum, regum et filiorum Israel exhibere, cum vocati fuerimus testimonium fidei Tuae orthodoxae praebere, Iesu Redemptor noster, qui ad salvandum nos venisti et venturus es ad nostram resurrectionem et praemium, Domine Deus noster, in saecula saeculorum. Amen.

Deinde decantantur sequentes versiculi: Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me, Alleluia. Tu autem, Domine, mane in auxilium meum.

ܒܥܘ̈ܬܐ ܕܫܪܒܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܝܫܘܥ ܠܩܘܕܫܐ ܕܒ̈ܬܐ ܘܐܢܫ̈ܘܬܐ ܕܫܪ̈ܒܬܐ

ܩܕܝܫܬ ܐܠܗܐ . ܩܕܝܫܬ ܚܝܠܬܢܐ . ܩܕܝܫܬ ܠܐ ܡܝܘܬܐ . ܐܬܪܚܡܬ ܥܠܝܢ .

ܓ̈ ܙܒܢܝܢ ܀

ܡܪܝ ܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ . ܡܪܝ ܚܘܣ ܘܪܚܡ ܥܠܝܢ . ܡܪܝ ܩܒܠ ܬܫܡܫܬܢ ܘܨܠܘܬܢ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܝܢ . ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܐܠܗܢ . ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܒܪܘܝܢ . ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܠܟܢ ܠܥܠܡ ܐܡܝܢ ܀

ܨܠܘܬܐ ܡܪܢܝܬܐ : ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ . ܢܬܩܕܫ ܫܡܟ . ܬܐܬܐ ܡܠܟܘܬܟ . ܢܗܘܐ ܨܒܝܢܟ . ܐܝܟܢܐ ܕܒܫܡܝܐ ܐܦ ܒܐܪܥܐ . ܗܒ ܠܢ ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ ܝܘܡܢܐ . ܘܫܒܘܩ ܠܢ ܚܘܒ̈ܝܢ ܘܚܛܗ̈ܝܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܚܢܢ ܫܒܩܢ ܠܚܝ̈ܒܝܢ . ܘܠܐ ܬܥܠܢ ܠܢܣܝܘܢܐ ܐܠܐ ܦܨܢ ܡܢ ܒܝܫܐ . ܡܛܠ ܕܕܝܠܟ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܘܚܝܠܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ . ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

ܫܘܒܚܐ ܡܠܐܟܝܐ : ܫܠܡ ܠܟܝ ܡܪܝܡ ܡܠܝܬ ܛܝܒܘܬܐ ܡܪܢ ܥܡܟܝ . ܡܒܪܟܬܐ ܐܢܬܝ ܒܢܫ̈ܐ ܘܡܒܪܟ ܗܘ ܦܐܪܐ ܕܒܟܪܣܟܝ ܝܫܘܥ . ܡܪܬܝ ܡܪܝܡ . ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ . ܨܠܝ ܚܠܦܝܢ ܚܛܝ̈ܐ . ܗܫܐ ܘܒܫܥܬ ܡܘܬܢ . ܐܡܝܢ ܀

ܨܠܘܬܐ ܕܫܘܪܝܐ : ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܨܒܝ ܗܘ ܕܐܬܚܒܪܬ ܠܫܥܒܕܘ ܚܕܐ ܡܫܒܚܬܐ ܠܡܪܝܡ . ܐܝܟ ܕܐܬܥܒܕ ܗܘ ܙܒܢ ܒܥܒ̈ܕܐ ܐܝܟܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܘܣܦ ܫܦܝܪܐ ܒܢܨܪܬܐ ܕܓܠܝܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܗܘܝܬ ܒܥܠܡܐ . ܐܘܦ ܠܢ ܕܢܫܠܡ ܘܢܬܕܒܪ ܠܐ ܫܘܒܚܬܟ ܒܐܬܪܐ ܕܡܬܕܒܪܢܘܬܢ ܦܪܘܩܬܐ ܒܝܬܐ ܚܕܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܢܨܪܬ . ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܩܠܐ ܫܦܝܪܬܐ ܘܒܪܝܟܬܐ ܦܪ̈ܝܫܐ ܐܠܐ ܒܒܥܕ̈ܝܐ ܕܐܝܕܝܘܬܐ ܘܒܥܠܡܐ ܕܡܬܥܒܕܝܢ ܡܬܡܫܡܫܢܝܬܐ ܘܒܫܦܝܪܘܬܐ ܒܡܠܐ ܕܡܬܝܪܬܐ ܘܒܫܒܘܪܘܬܐ ܕܒܢ̈ܝܐ ܛܒ̈ܐ . ܘܗܟܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܒܝ ܡܬܩܪܝܢ ܠܫܘܒܚܐ ܕܫܠܡ ܘܐܝܬܝܘܬܐ ܠܐܪܥܐ ܕܒܝܬ ܫܦܝܪܬܐ ܠܒܝܬܘܬܐ ܘܫܠܝܘܬܐ ܢܗܘܐ ܩܕܡ ܒܢܝ̈ܫܐ ܘܡܠܟ̈ܐ ܘܒܢ̈ܝܐ ܕܝܫܪ̈ܐ . ܢܗܘܐ ܡܫܬܐܠܝܢ ܘܐܬܐ ܠܫܘܪܝܢ ܘܠܗܘܢ ܕܢܬܐ ܡܛܠ ܢܘܚܡܢ ܘܫܘܪܒܢ . ܡܪܝ ܘܐܠܗܝ ܠܥܠܡܝܢ ܀

Foderunt manus meas et pedes meos, Alleluia, et ingemuerunt omnia ossa me. Diviserunt sibi vestimenta mea, Alleluia, et super vestem meam miserunt sortem (*Psalm. XXII* (*Vulg. XXI*), *1, 20, 17, 18, 19*): quoniam ego ad dolores paratus sum, Alleluia, et dolor meus in conspectu meo semper (*Ps. XXXVIII* (*Vulg. XXXVII*), *18*). Exsurget Deus, et dissipantur omnes inimici mei, Alleluia, et refugiunt qui oderunt eum a facie eius (*Ps. LXVIII* (*Vulg. LXVII*), *1*): salvasti enim nos de abominantibus nobis, Alleluia, et inimicos nostros confudisti (*Ps. LXIV* (*Vulg. LXIII*), *8*).

Antiphona: Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, a principio et in saecula saeculorum. Amen.

Crucem Tuam adoramus, per quam perfecta est salus animarum nostrarum, et cum latrone dicimus: Memento nostri, Christe, cum veneris in regnum Tuum.

Husoyo (*Oratio Indulgentiae*)

Prooemium: ℣. Ut digni simus semper reddere, in omni tempore et momento, laudem, gratias, honorem, praeconium et venerationem, pulchre et assidue:

℟. Agno caelesti qui in Corpus suum tulit omnes nostros languores, aegritudines et infirmitates, qui pro nobis seipsum in oblationem obtulit; Corpus Eius lancea et clavibus confixum est, ut aperiret nobis fontem ex qua defluunt ad nos in ipsius Sanguine vita et salus.

Ipsi debetur gloria; Ipsi honor, nunc et omnibus temporibus anni, tempestatibus et horis, omnibus diebus vitae nostrae, et in saecula saeculorum. Amen.

Sedro: Sacerdos: Te laudamus, Altissime. Temetipsum humiliasti, et nos sublevasti; Temetipsum pauperem fecisti, et nos divitiis cumulasti; Ipse factus es homo, et nos divos fecisti; natus es, et nos genuisti; baptizatus es, et nos purificasti; ieiunasti, et nos nutrivisti; esuristi, et nos satiasti; tentatus es, et nos victores effecisti; praeliasti, et nos roborasti; super pullum onagri sedisti, et nos honorasti; ut reus iudicatus fuisti, et nos absolvisti; in domo Annae detentus fuisti, et nos liberasti; sicut homo ad interrogatorium ductus fuisti, et nobis honorem reddidisti; sicut agnus obmutuisti, et nobis scientiam dedisti; sicut perversus flagellatus fuisti, et nos glorificasti; sicut servus percussus fuisti, et nobis libertatem reddidisti; arundine verberatus fuisti, et nos roborasti; vestibus exutus fuisti, et nos induisti; ad lignum Crucis adfixus fuisti, et ligamina nostra solvisti; amaritudinem praegustasti, et nobis dulcedinem praebuisti; spinis coronatus fuisti, et nos reges constituisti; mortuus fuisti, et nos vivificasti; in sepulchrum positus fuisti, et nos suscitasti; in gloria resuscitasti, et nos

ܦܪܘܡܝܘܢ : ܠܠܘܬܟ ܠܠܘܬܟ ܠܡܕܝܢܬ ܡܫܡܫܢ ܗܠܠܘܝܐ ܐ̈ܬܐ ܐܬܐ ܠܡܘܕܝܢ ܡܬܪ ܀ ܒܪܟܘ ܐܒ̈ܗܝ ܘܩ̈ܕܝܫܝܢ ܗܠܠܘܝܐ ܘܐܠܗܐ ܡܠܘܗܝ ܒܪ̈ܝܫܝܢ ܀ ܘܦܠܓܗ ܢܫ̈ܝܢ ܒܢܝܬܗܘܢ ܗܠܠܘܝܐ ܘܠܐ ܠܒܘܫܝܢ ܐܘܪܚܐ ܦܫܝܛ ܀ ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܒܫܡܐ ܡܬܚܙܝܐܬ ܗܠܠܘܝܐ ܘܡܐܪܒ ܠܡܫܒܚܢ ܗܘ ܒܒܠܒܝ ܀ ܢܦܘܩ ܠܠܘܬܐ ܘܢܬܒܪܘܪ ܡܠܘܗܝ ܒܟܠܒܪ̈ܝܬܗܘܢ ܗܠܠܘܝܐ ܘܐܬܒܘܬܬ ܠܟܠܒܪ̈ܝܬܐ ܀

ܩܘܠܐ : ܥܠ ܥܡܡ : ܡܫܒܚܝܢ ܠܟ ܠܡܫܝܚܐ ܕܒܗ ܗܘܐ ܦܘܪܩܢܐ ܠܢܦ̈ܫܬܢ . ܘܒܢ ܒܣܒܠ ܐܡܪܝܢ ܡܫܝܚܐ ܐܬܕܟܪ ܡܢܐ ܕܐܬܐ ܐܝܟ ܀

ܦܪܘܡܝܘܢ : ܠܟܘ ܐܡܪܐ ܫܡܝܢܐ . ܕܫܩܠ ܚܛܗ̈ܝܗ ܡܠܘܗܝ ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܘܒܐܒ̈ܝܗ ܘܒܫܘ̈ܩܘܢܝ . ܘܫܪܒ ܗܘ ܒܗ ܠܒܝܫܐ . ܘܐܬܒܪܟ ܦܓܪܗ ܒܪ̈ܙܐ ܘܪܘܡܫܐ . ܕܢܬܘܐ ܠܢ ܒܗ ܡܫܝܚܐ ܕܡܢܗ ܪܕܝܢ ܠܢ ܒܪܡܫܐ ܚܝ̈ܐ ܘܦܘܪܩܢܐ . ܕܒܗ ܚܙܐ ܫܘܒܚܐ ܀

ܣܕܪܐ : ܡܫܒܚܝܢ ܠܟ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܚܫܬ ܘܐܬܕܝܢܬ . ܘܐܬܡܫܡܫܬ ܘܐܬܒܙܚܬ . ܘܐܬܟܪܟܬ ܒܫܠܫܠܐ . ܘܐܬܡܚܝܬ ܘܐܬܒܙܚܬ . ܘܐܬܟܬܒܬ ܘܐܬܪܩܬ . ܘܐܬܚܒܫܬ . ܘܪܘܡܫܐ ܩܒܠܬ . ܘܫܒܩܬ ܘܫܚܩܬ . ܘܐܬܢܟܦܬ ܘܐܚܝܬ . ܘܐܬܩܛܠܬ ܘܫܬܩܬ . ܘܪܥܝܬ ܟܠܗ ܘܐܫܝܬ . ܘܐܬܬܪܝܡܬ ܐܝܟ ܫܒܠܐ ܘܐܚܝܬ . ܐܬܩܛܠܬ ܒܗ ܫܝ ܘܐܚܝܬ . ܐܝܟ ܐܬܬܠܝܬ ܐܝܟ ܚܫܝܟܐ ܘܡܚܝܢܬ . ܘܫܬܩܬ ܐܝܟ ܐܡܪܐ ܘܫܬܩܬ . ܘܐܬܢܟܦܬ ܐܝܟ ܚܛܝܐ ܘܒܟܝܬ . ܘܟܠܠܬ ܩܘ̈ܪܐ ܐܝܟ ܕܒܝܐ ܘܚܪܘܒܬ . ܘܐܬܦܩܚܬ ܒܗܝܠܐ ܘܐܬܦܩܚܬ . ܘܐܬܚܢܩܬ ܢܫܡ̈ܬܐ ܘܫܒܩܬ . ܘܐܬܐܣܪܬ ܠܐ ܦܫܛܐ ܘܚܪܝܬ . ܘܛܥܡܬ ܡܪ̈ܬܐ ܘܚܠܝܬ . ܘܐܬܟܠܠܬ ܒܟܘ̈ܒܐ ܘܐܡܟܟܬ . ܘܡܚܝܬܐ ܘܐܚܝܬ . ܘܐܬܦܫܝܛܬ ܒܩܝܣܐ ܘܐܬܟܪܟܬ . ܘܐܬܢܚܬܬ ܒܩܒܪܐ ܘܚܝܬ . ܘܐܬܚܫܚܬ ܠܐܘܠܐ ܘܒܪ̈ܟܬܐ . ܘܫܠܚܬ ܠܡܪܘܡܐ ܘܢܬܒ ܒܩܒܪܐ ܡܢ ܡܝ̈ܬܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܘܫܠܡܬ . ܘܡܣܪܬ ܠܢ ܪܘܚܐ ܘܡܫܒܚܝܢ . ܡܢ ܕܢܦܪܘܩ ܚܝܠ ܗܘܝܢ .

ܘܒܬܪܗܝܢ ܫܠܘ̈ܬܐ ܡܢ ܩܕܡܘܗܝ ܀ ܐܬܐ ܗܘܐ ܦܪܘܫ ܡܢ ܫܟܝܢܐ ܗܠܠܘܝܐ ܐܘ ܡܪܐܐ . ܡܢ ܡܫܡܫ ܕܢܫܡܫ ܐܘ ܛܒܐ . ܘܡܛܠ ܕܢܬܪܚܡ ܠܠ ܫܠܝܚܐ . ܠܡܫܝܚ ܫܠܝܚ ܒܪܫܐ ܗܘܝܬܐ ܕܛܠܝܬܟ . ܘܐܦܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕܡܬܝܠܕ ܘܐܬܪ̈ܐ ܕܩܢܐ ܕܐܬܚܫܬ . ܡܫܪܝܢ ܢܘܪܐ

gaudio implevisti; potentiam induisti, et nos corroborasti; ad astra ascendisti et sedisti ad dexteram Patris, et nos elevasti; Spiritum Tuum nobis misisti, et nos perfectos reddidisti. Quid Tibi pro omnibus his retribuemus, Domine? Quis potest cantare Te, o Bone? Quia prae omnibus impares sumus ad debitum solvendum. Vice ergo nostra laudent Te alvus virgineus qui Te portavit, Virgo Mater quae Te peperit, ubera pura quae Te lactaverunt, Iordanus flumen quod ad Te anhelabat, innocentes pueri qui Tibi hosanna praecinerunt, misericordiae Tuae quae Te ad tribunal vice nostra duxerunt, ignominiosa Crux quam vice nostra portasti, Calvarius mons qui in vertice Te extulit, mors quam pro salute nostra tulisti, sepulchrum novum in quod descendisti, Sancti qui in Resurrectione Tua surrexerunt, Angeli qui sepulchrum Tuum in vestibus albis honoraverunt, mulieres discipulae quae ad sepulchrum cum aromatibus venerunt. Ita, Domine, et nos etiam per haec omnia Te supplicamus, ut mentes nostras illumines ad intelligenda mysteria propensionis Tuae ad redemptionem nostram; ut ex misericordia, non ex iustitia, nobiscum agas; ut nobis ad omnia, omni tempore et loco, manum Tuam auxiliatricem porrigas, ut secundum voluntatem Tuam agamus et Tibi grati efficiamur; et Tibi gratias et laudem reddemus, simulque Patri et Spiritui Tuo Sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Praeses: A Deo accipiamus indulgentiam delictorum, absolutionem transgressionum et bonam memoriam fidelium defunctorum in utroque mundo. Amen. (*Ex variis locis officiorum Hebdomadae Maioris: Breviarium iuxta ritum Ecclesiae Antiochenae Syrorum, vol. V, Mausili 1892, passim*).

Canticum, ad modulum « Quqoyo »

Primus Chorus. Deus Emmanuel a ligno Crucis pependit: Filius veneratus Dei Omnipotentis inclinavit caput et mortuus est. Munifice dedit solam animam in ligno Crucis, sed corpus non dereliquit Divinitas: vitam humanam obtulit, non divinam. Dolore repleti sint Iudaei, qui Dominum crucifixerunt, Alleluia. Vae iis in aeternum!

Secundus Chorus. Exivit ex Sion in die Parasceves ad horam tertiam, Verbum incarnatum Patris, cuius solo gestu reguntur mundi. Crucem eius sublevaverunt et super humerum eius posuerunt, Crux illa, super quam infixa sunt peccata omnium saeculorum. Perget, ut in Golgotha moriatur tanquam victima et propria occisione debitum solvat pro omnibus sceleribus hominum, Alleluia, ab Adam et postea.

Omnes: Benedic, Domine.

Praeses: Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Primus Chorus: In die Parasceves diviserunt sibi vestimenta Filii

ܕܦܘܫ ܠܟ . ܡܕܝܪܐ ܚܩ̈ܠܐ ܕܒܠܘܥ̈ܬܐ ܥܕܡܐ . ܬܫܒܘܚܐ ܕܢܝܫܘܥ
ܠܟܠܗ ܕܢܐ ܣܠܩܝܢ . ܐܡܬܐ ܕܝܗܒܐ ܕܡܠܟܐ ܡܠܟܘܬܟ . ܫܘܒܚܬܐ
ܕܐܣܠܡ ܠܐ ܙܘܕܘ . ܡܠܬܐ ܕܝܗܒܬ ܠܦܘܪܩܢ . ܡܕܝܢܬܐ ܚܕܬܐ ܕܡܪܝܡ
ܚܝܘ . ܡܪ̈ܝܐ ܕܐܬܚܡܠܘ ܚܫܡܬܐ . ܡܠܐܟ̈ܐ ܕܫܘܪܝܘܗܝ ܡܪܘ
ܠܡܪܢܝ . ܬܫܡܫ̈ܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܒܫܡܝܢ̈ܘܗܝ ܠܡܕܝܢ . ܐܝܟ ܡܪܝܐ
ܘܐܦ ܚܝ ܗܘܐ ܚܟܡܝܢ ܡܥܝܢ ܡܠܐܟܐ ܗܘܝܢ ܟܠܗܘܢ . ܕܬܘܪܨ ܠܚܘ̈ܕܝ
ܕܢܦܠ ܐܪ̈ܐ ܘܡܬܟܪܢܬܐ ܣܠܩܝܢ . ܘܬܬܚܫܚ ܟܡܝܢ ܟܪ̈ܣܝܬܐ ܘܟܠܗ
ܟܬܢܬܐ . ܘܬܒܥܘ ܕܟܠܐ ܡܒܥ ܘܟܠܐ ܐܝܟ ܘܟܠܐ ܕܡܝ ܢܟܒ
ܪ̈ܚܡܝ ܘܢܦܪܩܟ . ܘܢܦܫ ܠܟ ܚܘܒܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܘܠܐܒܘܟ
ܘܠܪܘܚܟ ܡܪܚܡܢܐ . ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

ܡܠܐܘܡܬܐ : ܒܡܫܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܚܫܚܐ ܬܬܠܟܝ . ܘܒܪܠܥܡܘܕܐ
ܟܢܪܐ ܐܘܪܝ ܙܡܪܘ ܘܫܒܚܘ . ܙܘܡܪܘ ܒܠܫܢܘܗܝ ܥܡܡ ܗܘܐ ܠܐ ܡܫܬܠܐ .
ܘܠܗ ܐܫܬܐܘ ܥܡܗ ܡܢ ܦܓܪܗ . ܠܫܡܘܗܝ ܐܢܫ̈ܐ ܥܡܡ ܗܘܐ ܘܠܗ
ܐܬ̈ܡܐ . ܢܬܚܙܘܢ ܒܐܒܠܐ ܡܘܬܐ ܕܐܡܫܘ ܠܡܪܢܝܬܐ ܗ̈ ܘܠܗܘܢ ܘܠܟܠܗܘܢ ܀

ܒܪܘܒܬܐ ܒܬܠܬܥܣܪ ܢܦܩ ܡܢ ܙܘܢܝ . ܡܠܬܗ ܕܐܒܐ
ܘܐܬܚܙܝ . ܕܙܡܪܘ ܝܠܕܝ . ܘܫܒܠܗ ܫܡܥܗ ܠܗ ܐܫܬܘ ܠܐ ܒܬܘ .
ܕܡܫܒܚ ܒܗ ܣܝܡ̈ܬܐ ܕܟܠܐ ܕܪܝ . ܕܢܬܠܐ ܘܢܡܪܬ ܐܝܟ ܕܚܙܐ ܠܐ
ܫܘܒܚܬܐ . ܘܡܕܒܪܢܘ ܢܦܪܘܩ ܚܘܩ̈ܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܐ ܗ̈ ܡܢ
ܐܕܡ ܘܠܥܠܐ ܀

ܗ̄ ܒܪܘܒܬܐ ܦܠܓܘ ܢܦ̈ܫܬܘܢ ܕܒܪ ܠܐܠܗܐ . ܘܫܒܚܘ ܒܟܠܠ ܡܢ
ܥܘܡ̈ܩܐ ܘܒܪܢܫܘ ܫܡܥܘ ܠܗ . ܘܐܬܒܫܡܘܢ ܒܡܫܒܚ ܗܘ ܕܐܣܬܪܟܬܐ .
ܘܐܝܟ ܕܒܒܝܬܐ ܒܪܟܘ ܘܫܒܚܘ ܫܘܒܚܐ . ܘܒܠܗ ܘܐܡܪܝܢ ܫܠܡ
ܡܠܟܐ ܕܡܘܕܥܐ . ܘܒܒܠܗܘܢ ܫܠܡ ܗܘܐ ܘܫܬܩ ܘܢܚ ܠܟܠ ܘܡܟܝܢ
ܗ̈ ܐܝܟ ܕܬܠܟ ܡܢܗ ܀

ܩ̄ܡ ܠܐ ܙܥ ܡܫܚܐ ܕܢܒܥܐ ܚܝܠܗ ܒܒܬܐ . ܠܗܘܢ ܫܡܥܐ
ܕܐܘܡܬܐ ܕܡܢܘܪ ܠܗ ܠܟܠܡܬܐ . ܚܙܐ ܡܚܘܬܗ ܘܫܒܚ ܒܪܢܫܐ
ܠܗ . ܙܪ̈ܝܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܘܠܗܘܢ ܒܫܘܒܚܐ ܒܡܟܘ . ܡܪܢܟ ܙܕܘܩ ܒܚܝܠܘܬܐ
ܘܗܘܝ ܐܡܪܬ ܠܗ . ܫܒܪܐ ܐܝܬ ܠܟ ܚܝܠܐ ܕܒܠܗܘܢ . ܕܫܬܚܠܦ ܠܗ
ܠܗܘ ܗ̈ ܕܐܒܘܗ ܘܬܒܝܪ ܀

Dei, spinarum coronam plexerunt et in caput eius imposuerunt, tunica purpurea Eum induerunt, et, Ei irridentes, genu flexo ante Eum adoraverunt, dicentes: Ave, Rex Iudaeorum. Inter haec, silentium servabat, tamquam humilis et dulcis corde, Alleluia, ut ab Eo edoceremur.

Primus Chorus: A principio et in saecula saeculorum, Amen.

Praeses: In summitate ligni Crucis vidit Ecclesia Solem iustitiae qui illuminat mundum: adspexit eius infelicitatem, et valde moeruit. Vidit claves in manibus eius et lanceam in latere. Perdolens appropinquavit, dicens: Adoro Te, Sponse cordis mei, qui Cor Tuum mihi aperuisti, Alleluia, ut in eum ingrediar et delecter.

Secundus Chorus: Domine, miserere nostri et nobis adesto. (*Ex officio Magnae Parasceves, ff. 263-a, etc.*).

Bo'utho (*Supplicatio*)

Primus Chorus: ℣. Christe, qui ad passionem, mortem et crucifixionem venisti, exaudi supplicationem nostram et miserere animabus nostris.

Secundus Chorus: ℟. O Salus, quae caelestis cum terrestribus reconciliasti, confirma Ecclesiam Tuam, filios eius custodi per Crucem splendentem.

Primus Chorus: Pater iuste, ecce Filius Tuus, victima ad satisfaciendum Tibi: Eum propitium habe, quia vice mea mortuus est, ut innocens fierem. Propitium habe hoc sacrificium manuum mearum, ignosce mihi, et ne memineris iniquitatum mearum quas patravi in conspectu Maiestatis Tuae.

Secundus Chorus: Ecce iniqui sanguinem Eius in Golgotha profuderunt, et Ipse intercedit pro me; per Ipsius merita, exaudi me. Si numerum peccatorum meorum aestimaberis, et quot sint misericordiae Tuae, indulgentia Tua multo antecellet monti peccatorum meorum quem ponderasti.

Primus Chorus: Peccata considera, et miserere, respiciens victimam pro illis oblatam. Victima immolata longe praeeminet sceleribus. Quia peccavi, dilectus Tuus lanceam et clavos sustinuit: dolores eius sufficiunt ad Tuam satisfactionem, ut per illos vivam.

Secundus Chorus: Gloria Patri, qui proprium Filium pro salute nostra tradidit; adoratio Filio, qui in Cruce mortuus est et nos omnes vivificavit. Actiones gratiarum Spiritui Sancto, qui principium et consummationem dedit mysterio salutis nostrae, O Trinitas, in excelsis miserere nobis.

Primus Chorus: ℣. Per misericordias quarum largitio bonum cumulavit latronem:

Secundus Chorus: ℟. Miserere etiam nostri, Fili Dei, nobis propitius esto. (*Officium feriale, pag. 408-409: feria VI ad Tertiam*).

ܒܥܘܬܐ ܡܫܘܚܬܐ : ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܠܚܛܝܐ ܘܡܘܬܐ ܘܐܣܝܘܬܐ : ܫܡܥܢ
ܒܥܘܬܝ ܘܬܘܒ ܕܫܡܝܐ ܠܟ ܢܩܫܝܢ ❖ ܚܝܐ ܕܡܢ ܠܡܫܝܚܢܐ ܟܗܢ
ܐܘܚܕܢܐ . ܡܢ ܠܒܝܬܟ ܘܠܗܢ ܡܠܒܫܘ ܒܝܠܕܟ ܢܗܘܐ ❖

ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܟܗܢ ܕܒܝܬܐ ܕܢܬܟܠ ܠܟܢ . ܟܗܢܐ ܡܫܠܡ
ܕܫܠܡ ܡܫܝܚ . ܘܐܬܚܫܒ ܒܗ . ܗܘ ܡܘܪܒܢܐ ܫܒ ܡܢ ܐܒܘܗܝ
ܘܐܬܪܒ ܠܟ . ܘܠܐ ܬܬܪܒܐ ܠܟ ܣܥܪܐ ܕܫܒܩܬ ܩܕܡ ܪܒܘܬܟ ❖

ܗܘ ܕܡܢܗ ܐܝܟ ܠܟ ܩܘܒܠܬܐ ܡܢ ܟܗܢܐ . ܘܒܝܬܐ ܢܠܩܘܢ .
ܡܠܟܐ ܒܟܗܢܝ ܡܕܒܚܗ . ܒܝܬܐ ܠܗ ܣܘܟܐ ܒܝܬܐ ܠܟܢ ܕܫܡܥܐ ܠܝ
ܐܡܠܟ ܐܢܬ . ܚܢܢ ܢܬܠܟ ܛܒ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܐܡܥܝܢ ܠܟܢ ❖

ܚܘܪ ܒܚܛܗܐ ܘܚܘܪ ܒܟܠܗܐ ܕܚܠܦܝܗܘܢ . ܕܫܒܩ ܪܒܐ ܠܟܗܐ
ܘܒܝܬܐ ܡܢ ܚܘܒܬܐ . ܡܚܠܠ ܕܫܒܩ ܙܪ̈ܥܐ ܘܪܘܡܝܐ ܫܒܠܐ ܚܟܝܡ .
ܫܡܫܝܢ ܚܘ̈ܒܘܗܝ ܕܢܬܟܢܫ ܘܟܘܗܝ ܐܝܟ ❖

ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܕܒܪܗ ܐܝܟܢ ܠܟ ܫܘܪܝܐ . ܘܫܒܝܚܘܬܐ ܠܒܪܐ
ܕܡܢܗ ܒܪܫܝܬܐ ܘܐܝܟ ܠܟܠܝ . ܬܘܒ ܒܪܘܚܐ ܕܩܕܝܫ ܘܫܠܡ ܐܘܪܐ
ܫܘܪܝܐ . ܬܫܒܘܚܬܐ ܪܡܐ ܡܢ ܟܠ ܚܘܫܒ ܠܟ ܟܠܝ ❖

ܒܪܚܡܐ ܕܚܠܘܗܝ ܠܟܘ ܒܛܝܠܐ ܡܫܝܚܐ . ܚܘܝܢ ܐܦ ܠܢ ܒܪܐ
ܕܐܠܗܐ ܘܪܚܡܬܠܝܢ ❖

ܒܥܘܬܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ : ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܟܠܐ ܪܚܡܘܗܝ ܡܢ ܚܛܝ̈ܐ ܘܡܪܝܡ
ܠܗ . ܟܠܢ ܘܐܠܟܪܝ ܡܢܝ ܚܢܝܢ . ܡܫܪ̈ܝܬܐ ܘܡܟܝ̈ܠܬܐ ܕܪܘܚܢܐ .
ܘܟܠܝ ܚܪܝܢ ܕܢܘܗܪܐ . ܘܡܥܢܝܢ ܒܫܘܒܚܐ . ܘܡܫܘܫܦܢ ܠܟܠܝܗ
ܡܢ . ܒܫܡܗ ܘܟܠ ܕܪܚܡܝܢ . ܕܢܗܘܐ ܠܟ ܠܟ ܛܝܒܘܬܟ ❖

ܩܠܐ : ܛܘܒܝܟܝ ܒܪܬܐ

ܒܚܫܐ ܡܢ ܩܕܡ ܚܘܒܐ ܒܟܘܢ

ܛܘܒܝܟܝ ܛܘܒܝܟܝ . ܒܪܬ ܩܘܕܫܐ ܡܩܘܕܫܬܐ . ܕܐܡܪܐ ܛܒܐ
ܡܫܝܚܝܐ . ܫܡܥ ܫܡܝܐ ܡܫܒܚܝܢ ܩܘܕܡܝܟܝ . ܘܡܠܐ ܕܡܫܒܚܘܢ ܠܐ
ܡܨܝܢ ܫܒ̈ܘܚܝ̈ܟܝ ܡܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ . ܫܡܥ ܐܦܠ ܢܗܘܐ
ܠܚܫܡܐ . ܘܐܣܝܟ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܕܒܗܘܐ ܐܪܘܚܐ ܘܩܘܕܫܐ
ܐܬܝܩܢ ܐܦ ܐܬܒܪܟܘ ❖

Hymnus terminalis, ad modulum « Enono »

Omnes: Deus, qui non negas misericordias Tuas peccatoribus in conspectu Tuo supplicantibus, aufer a nobis clementia Tua punitiones et coercitiones; nobis concede menses laetitiae et annos foecunditatis; longe remove a nobis iniquum, signo gloriosae Tuae Crucis, ut bonitati Tuae gratias agamus. (*Ibid., pag. 278: feria IV ad Laudes*).

Unus de Choro: Credimus in unum Deum...

Omnes: Domine, miserere nostri et nobis adesto.

Deinde canitur Hymnus in honorem sanctissimae Eucharistiae ad modulum: « Beata es Ecclesia »:

1. ℣. Panem de caelo praestitisti eis, omne delectamentum in se habentem.

Beata es, Ecclesia sancta et credulis, quia Agnum bonum ac pinguem, Sponsus tuus praedilectus, coram Te posuit, atque potum, cuius potores numquam sitiunt, in convivio tuo (nuptiali) effudit. Eia sume, manduca ignem in pane, bibe itemque spiritum in vino, utpote igne Sanctoque Spiritu ornata ac fulgens evadis.

2. ℣. Satiantur ex pinguedine domus tuae, et ex rivulo tuo dulcissimo das (dabis) eis ad bibendum.

Benedictus est Christus qui voluntate sua mactavit semetipsum, factusque est gregi suo cibus, et Sanguis ejus potus salutis. Ecce quod ille (grex) manducat atque bibit ex Eo, perinde ac ex pratulis dulcedinum. Ex latu Suo potum, novae vitae fontem, illi (gregi) emisit; Ipse (grex) vero, potum, animarum vivificantem, haurit atque bibit sine ulla intermissione.

(*Breviarium juxta ritum Ecclesiae Antiochenae Syrorum, Mausili 1895, vol. VI, p. 279 b: Officium in festo Corporis Christi).*

3. *Antiphona.* Fili Dei, qui per Tuum sacrificium mundum salvavisti, hoc tuo vivifico sacrificio, passiones nostras exue, morbosque nostros sana.

℟. Bone, qui voluisti ut latus tuum aperiatur super Golgotham, sitim meam exple, sanguine et aqua ab eo promanantibus.

(*Ibid., p. 303 a*).

Praeses dicit orationem terminalem: Te laudamus, aeterne Fili propria clementia ad secundam nativitatem ductum, misericordia ad baptismum hominum propensum, amore passioni et crucifixioni traditum; gratis morti adfixum, potentia gloriose e sepulchro resuscitatum. Tu, Domine, dignos facias nos contemplari mente excelsius sentiente mysterium ordinationis Redemptionis Tuae, ad salutem Tibi gratias agere pro spontaneo obsequio

ܢܗܘܘܢ ܡܢ ܡܘܡܬܗ ܕܫܠܝܚ ܘܡܢ ܫܠܝܚ ܒܫܡܐ ܐܡܝܢ ܐܬܘ

ܒܪܝܟܘ ܡܗܝܡܢܐ ܕܒܚܢ ܢܦܫܗ ܒܪܚܡܬܗ. ܘܕܗܘܐ ܐܘܟܠ ܠܡܫܪܒܬܗ ܘܕܡܟܘ ܡܟܝܢܐ ܕܦܘܪܩܢܐ. ܘܗܘܐ ܐܟܠܐ ܘܫܬܝܐ ܡܟܝܢܘ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܬܝܒܐ ܕܒܬܘܠܘܬܐ. ܡܢ ܕܟܝܢܗ ܠܘܬ ܠܘܬ ܟܝܢܐ. ܡܟܝܢܐ ܕܚܝܐ ܚܕܬܐ. ܘܕܟܝܢܐ ܘܡܬܒܐ ܕܒܠܝܢ ܟܝܢܐ ܕܡܟܝܢܐ ܢܦܫܢ ܀

ܒܪ ܐܠܗܐ ܕܒܪܝܫܝܬܐ ܦܪܘ ܚܕܝܢ: ܒܪܚܡܘ ܚܝܐ ܢܦܫܢ ܫܒܩܢ ܘܐܒܪܝܡ ܩܘܪܒܢ ܀

ܢܒܐ ܕܒܐܟܐ ܘ ܐܬܐܪܟ ܦܬܪܘ ܟܠ ܓܢܣܐ: ܦ̈ܬܝ ܕܗܘܬܐ ܒܪܘܚܐ ܘܡܬܒܐ ܕܕܪܘ ܦܬܘܪ ܀

ܩܢܘܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ: ܡܗܝܡܢܝܢ ܚܢܢ ܒܚܕ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ. ܒܪܘܝܐ ܕܫܡܝܐ ܘܕܐܪܥܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܚܙܝܢ ܘܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ. ܘܒܚܕ ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܡܢ ܐܒܐ ܐܬܝܠܕ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܥܠܡܐ. ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܢܘܗܪܐ ܡܢ ܢܘܗܪܐ. ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ. ܡܬܝܠܕܐ ܘܠܐ ܥܒܝܕܐ ܘܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ ܠܐܒܘܗܝ. ܗܘ ܕܒܐܝܕܗ ܗܘܐ ܟܠ ܡܕܡ. ܗܘ ܕܡܛܠܬܢ ܒܢܝܢܫܐ ܘܡܛܠ ܦܘܪܩܢܢ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܘܐܬܓܫܡ ܡܢ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܢ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ. ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܘܐܙܕܩܦ ܚܠܦܝܢ ܒܝܘܡܝ ܦܝܠܛܘܣ ܦܢܛܝܘܣ. ܚܫ ܘܡܝܬ ܘܐܬܩܒܪ ܘܩܡ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܝܟ ܕܨܒܐ. ܘܣܠܩ ܠܫܡܝܐ ܘܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢܐ ܕܐܒܘܗܝ. ܘܬܘܒ ܐܬܐ ܒܫܘܒܚܗ ܕܢܕܘܢ ܠܚܝܐ ܘܠܡܝܬܐ. ܗܘ ܕܠܡܠܟܘܬܗ ܫܘܠܡܐ ܠܐ ܐܝܬ. ܘܒܚܕ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܪܝܐ ܡܚܝܢܐ ܕܟܠ. ܗܘ ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܢܦܩ ܘܥܡ ܐܒܐ ܘܥܡ ܒܪܐ ܡܣܬܓܕ ܘܡܫܬܒܚ. ܗܘ ܕܡܠܠ ܒܢܒܝܐ. ܘܒܚܕܐ ܥܕܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܘܫܠܝܚܝܬܐ. ܘܡܘܕܝܢ ܕܚܕܐ ܗ̱ܝ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܡܣܟܝܢܢ ܠܩܝܡܬܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܘܠܚܝ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ ܕܠܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ ܐܡܝܢ ܀

ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܠܐܟܐ: ܡܘܕܝܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܡܬܘܡܐܝܬ. ܘܫܒܚܝܢ ܐܢܫܝܢ ܠܡܘܠܕܐ ܠܪܝܫܐ. ܘܡܫܒܚܝܢ ܐܘܢܝܬܐ ܠܡܫܒܚܐ ܐܢܫܐ. ܘܫܘܒܚܐ ܐܟܠܝܢ ܒܫ̈ܡܝܐ ܘܐܪܥܐ. ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܐܠܗܐ ܥܡ ܡܠܐܟܐ. ܘܫܒܚܝܢ ܐܟܠܝܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ܠܡܫܒܚܘܬܐ. ܐܝܟ ܡܪܝ ܐܠܗܐ ܠܝ ܕܒܪܝܟܐ ܪܒܐ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܕܒ ܠܐܪܥܐ ܕܡܢ ܒܪܢܫܐ ܦܪܘܫܬܐ. ܘܚܘܒܢܐ ܪܒܐ ܡܢܝ

cogitationum nostrarum absque vituperio; ut Tibi laudem et actiones gratiarum tribuamus, nunc, et semper, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

Chorus primus dicit Trisagium, ut in principio; repetitur a secundo Choro, denique tertia vice a primo.

Chorus secundus: Domine noster, miserere nobis, *ut in principio.*

Chorus primus: Gloria Tibi, Domine noster, *ut in principio.*

Omnes: Pater noster... Quia Tuum est regnum...

ܒ̈ܪܬܐ ܗܕܐ ܠܡܬܚܡܣܢܘܬܐ ܕܚ̈ܝܐ. ܘܢܣܩ ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ
ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

ܩܕܝܫܬ ܐܠܗܐ. ܩܕܝܫܬ... ܒܪܟܡܪ ܀ ܡܪܢ ܐܬܪܚܡ ܘܬܠܬܐ ܀ ܐܒܘܢ
ܕܒܫܡܝܐ... ܘܬܠܬܐ ܀ ܫܘܒܚܐ ܡܪܝܡ... ܘܬܠܬܐ ܐܡܝ ܕܟܠܗ ܀

ܫܘܒܚܐ ܡܢ ܟܠ ܩܕܝܫܐ. ܡܛܠ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ. ܒܪܐ ܡܫܝܚܐ
ܘܡܪܢ ܕܟܠܗ ܡܬܟܡܪܢܘܬܐ. ܠܡܫܒܐ ܢܦܫ ܕܟܠ. ܘܐܘܠ ܕܗܘ ܠܐ
ܡܬܒܪܝܢܐ. ܗܘܐ ܕܒܐ ܕܒܪܘܢܐ ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ. ܫܘܒܚܐ ܕܐܠܝܬܝܢ
ܐܡܪܐ ܐܬܬܡܗ. ܘܗܘܕܫܠܠ ܠܫܡܗ ܕܟܠܗܐ ܘܩܪܒ ܠܗ ܀

B. - MARONITAE

Praeses: Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto, in nostro principio et in nostra fine. Misericordia et remissio abundent super nos debiles et peccatores, in utroque mundo (*praesenti et futuro*) et in saecula saeculorum.

Chorus: Amen.

Oratio initialis (*Sluto qadmoyto*)

Per Crucem Tuam, Domine, per quam inferos contrivisti, mortem sustulisti, vitam dedisti toti generi hominum, deleantur iniquitates nostrae et vitemus mala animae et corporis. Sit nobis defensor ultima die adventus Tui, ut eripiamur ab inferis male agentibus paratis, ut nobis concessum sit Te glorificare cum Sanctis Tuis, nunc et semper, et in saecula (*Officium feriale, Beryti 1904, p. 419: feria VI ad Sextam*).

Psalmus XCI (*Vulg. XC*)

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur. Dicet Domino: Susceptor meus es Tu, et refugium meum: Deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis. Quoniam Tu es, Domine, spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me sperabit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Clamabit ad me; et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribula-

ܨܠܘ̈ܬܐ ܕܥܐܕܐ ܡܩܕܫܬܐ ܕܫܘܢܝܐ ܠܫܡܝܐ ܒܦܓܪܐ ܕܒܬܘܠܬܐ
ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܡܪܝܡ

ܟ̄ܗ̄ܢܐ : ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܘܡܚܝܢܐ ܕܥܘܠܡܐ ܟܠ ܣܓܕܝܢ ܘܡܫܒܚܝܢ ܘܡܘܕܝܢ ܫܡܝܢܐ ܘܐܪ̈ܥܢܐ ܪ̈ܘܚܢܐ ܘܦܓܪܢܐ ܠܡܫܬܥܝܘ ܒܬܫܒܘܚܬܗ ܟܠܟܘܢ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡܝܢ

ܥ̄ܡ̄ܐ : ܐܡܝܢ ܀

ܩܕܡ ܨܠܘܬܐ

ܨܠܘܬܐ ܕܡܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ : ܗܘ ܕܒܗ ܐܬܚܙܝܬ ܡܘܬܐ ܘܐܬܒܠܥ ܡܘܬܐ ܘܐܬܚܕܬ ܚܝܐ ܠܟܠ ܟܠܗ ܓܢܣܐ ܕܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ . ܟܕ ܡܪܢ ܠܡܫܝܚܐ ܚܝܠܗ ܘܬܫܒܘܚܬܗ . ܘܢܫܬܘܐ ܡܢ ܢܟܝ̈ܢܐ ܕܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܘܒܗ ܢܫܬܪܐ ܒܗܘܢܐ ܐܝܢܐ ܕܫܠܡܘܬܐ ܘܢܬܦܨܐ ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܥܠܡܐ ܠܥܠܡܝܢ ܘܗܘܢ ܡܢܝܢܝܢ ܐܝܟ ܕܝܠܟ ܠܟ ܡܫܝܚܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡܝܢ . ܐܡܝܢ ܀

ܡܙܡܘܪܐ ܨ̄ܐ ܀

ܡܟܐ ܒܫܬܪܗ ܕܡܪܝܡܐ ܘܒܛܠܠܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܬܒܚ ܀ ܐܡܪ ܠܡܪܝܐ : ܬܘܟܠܢ ܐܢܬ ܘܡܥܫܢܢ ܐܠܗܐ ܕܐܬܬܟܠ ܥܠܘܗܝ . ܕܗܘ ܢܦܨܝܟ ܡܢ ܦܚܐ ܕܨܝܕܐ ܘܡܢ ܡܠܬܐ ܕܐܬܟܠܘ ܕܫܪܝܬܐ ܀ ܒܐܒܪܘܗܝ ܢܛܠܠ ܥܠܝܟ ܘܬܚܬ ܓܦܘܗܝ ܬܬܟܣܐ . ܐܝܟ ܕܥܒܕ ܡܫܡܫ . ܠܐ ܬܕܚܠ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܠܠܝܐ ܘܡܢ ܓܐܪܐ ܕܦܪܚ ܒܐܝܡܡܐ ܘܡܢ ܡܘܬܐ ܕܡܗܠܟ ܒܚܫܘܟܐ ܘܡܢ ܙܥܘܪܐ ܕܡܚܒܠ ܒܛܗܪܐ ܀ ܢܦܠܘܢ ܡܢ ܣܛܪܟ ܐܠܦܐ ܘܪܒܘܬܐ ܡܢ ܝܡܝܢܟ ܘܠܘܬܟ ܠܐ ܢܬܩܪܒܘܢ . ܐܠܐ ܒܥܝܢܝܟ ܬܚܙܐ ܘܬܦܪܘܥܘܬܗܘܢ ܕܪ̈ܫܝܥܐ ܬܚܙܐ ܀ ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܡܪܝܐ ܬܘܟܠܢ ܘܒܡܪܘܡܐ ܣܡܬ ܡܥܡܪܟ ܠܐ ܬܬܩܪܒ ܠܟ ܒܝܫܬܐ ܘܡܚܘܬܐ ܠܐ ܬܬܩܪܒ ܠܡܫܟܢܟ ܀

tione: eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meum.

Prooemium

Redemptori (*canimus*), qui Crucem suam validum propugnaculum constituit, ut tueatur populum suum. Eam dedit heredibus suis in testamentum salutis. Per Crucem exaltavit Ecclesiam suam, custodivit gregem ovium; populum, qui eum negavit, confudit, delectavitque gentes qui in Eum crediderunt. Deus bonus, cui convenit veneratio et gloria, nunc et semper, et in saecula (*Officium feriale, p. 419: feria VI ad Sextam*).

Chorus: Amen.

Sedro

Benedictum sit lignum vitae, Crux sancta, tu quae dissipas tenebras idololatriae et concedisti mundo salutem. Tu es vexillum ab ignominiosa fuga praeservans, signaculum victoriae in praeliis. Per te facta sunt miracula splendidissima; per te finem habuerunt cruenta sacrificia, et perfecta sunt sancta Ecclesiae mysteria. A te exspectamus pacem et felicitatem. Gloria sis Ecclesiae sanctae, et custos filiorum eius. Per te corpora nostra sanctificata erunt, animae nostrae purificatae, remissae iniquitates. In te absolutionem obtinebunt peccatores, perfectionem iusti, armis instructi viventes. Per te resurgent fideles defuncti, et ipsorum animae aeterna quiete fruentur. Et cum venerit dies ultimae finis, sub umbra alarum tuarum latebimus, et tecum ambulabimus ad sedem vitae. Ibi hymnos et actiones gratiarum Verbo reddemus, Christo qui ad te affixus fuit, simul ac eius Patri et Spiritui Sancto, in saecula saeculorum. Amen. (*Ibid., p. 419*).

Hymnus. (*tonus:* Woyo d'Yudoye)

Primus Chorus, pro Ecclesia: ℣. « In te vincemus inimicos nostros », Domine, Tu qui clavis confixus fuisti in vertice Golgothae, et inde peccatores ad vitam vocas, ecce Ecclesia Tua vocat Te et supplicibus verbis filiorum orat. Eam exaudi, Domine, Tu tam benignus in peccatores, Alleluia, et praebe ei de thesauro Tuo indulgentiam et misericordiam.

Secundus Chorus, in honorem Beatae Virginis: ℣. « In nomine Tuo conculcamus eos qui nos detestantur ». O Sponsa Altissimi, decanta gloriam Dilecti tui, qui ex Virgine natus est. Deus in ipsam ingressus est et exivit

ܡܠܟܐ ܕܒܡܠܟܘܬܗ ܢܥܒܕ ܚܣܝܢ ܕܢܨܚܢܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܐܘܚܕܢܗ ܘܟܠ
ܕܒܢܝܗܘܢ ܢܥܒܕܘܢ ܕܠܐ ܠܐܠܗܐ ܒܢܝܢܫܐ . ܐܠܐ ܦܪܘܩܐ ܘܟܠ ܡܫܝܚܐ
ܠܒܪܘܝ ܘܠܒܘܫ ܐܪܥܐ ܘܐ̈ܢܫܐ ✠ ܡܠܟܐ ܕܗܘ ܟܠܐ ܐܦܝܗܘܢ ܘܐܠܗܘܬܗ̈
ܡܠܟܐ ܕܝܠܗ ܚܘܒܐ ܢܨܝܚܐ ܘܐܝܩܪܗ̈ . ܒܗܢܐ ܐܦ ܟܠܗ ܐܢܫܝܗܘܢ
ܘܐܝܩܪܘܗ̈ܝ . ܢܨܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܫܘܒܚܗ̈ ܦܘܪܩܢ ✠

ܦܪܘܡܝܘܢ ✠

ܠܗܘ ܦܪܘܩܐ ܕܟܠܢ ܠܡܫܒܚܘ ܡܪܐ ܡܫܝܚܐ ܠܡܠܟܘܬܗ . ܘܡܘܕܝܢ
ܡܠܟܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܠܡܪܘܬܗ . ܘܪܡܪܡ ܒܗ ܡܪܐ ܕܝܠܗ ܘܢܨܚ ܒܗ ܠܥܠܡܐ
ܕܚܢܢ ܘܐܚܕܬ ܒܗ ܠܥܠܡܐ ܕܟܠ ܒܗ ܘܐܦܝܣ ܒܗ ܠܥܡ̈ܡܐ ܕܫܡܥܘ ܒܗ .
ܠܟܠ ܕܒܗ ܗܠܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܡܪܐ ܒܗܘܢ ܕܝܢܐ ܘܒܟܠܗܘܢ ܠܥܠܡܐ ܘܡܢܗܘܢ ܘܡܠܐܟܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܕܫܡܝܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܘܠܥܠܡܝܢ .

ܥ̄ܡܐ : ܐܡܝܢ ✠

ܣܕܪܐ ✠

ܒܪܝܟ ܐܢܬ ܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܙܒܢܐ ܡܫܝܚܐ ܘܡܫܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ
ܘܡܘܕܝܢ ܦܘܪܩܢܐ ܠܟܠܢܫܐ . ܐܢܬ ܐܡܪܬ ܐܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܥܠܡܐ
ܕܝܠܝ ܗܕܐ . ܘܐܢܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܒܫܡܝܐ . ܗܘ ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬܝܗ ܡܠܟܘܬܐ
ܘܕܫܘܠܛܢܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܫܒܚܐ ܘܒܠܚܘܕܝܗ ܕܡܠܟܐ ܘܦܪܘܩܐ ܕܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ .
ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܢ ܡܠܟܐ . ܘܗܘ ܠܡܠܟܘܬ ܫܡܝܐ ܗܘ ܕܐܬܩܪܝ ܒܪܐ ܘܗܘ
ܕܠܒܪܢܫ ܡܠܟܘܬܗ . ܗܘ ܕܠܡܐܬܐ ܦܪܘܩܐ ܘܗܘ ܕܢܘܪܐ ܕܫܡܝܐ . ܗܘ
ܕܐܚܝܕ ܫܘܠܛܢܐ ܘܗܘ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܗܘ ܕܢܦܩ ܠܡܠܟܘܬܐ ܘܗܘ
ܕܦܪܩܢܢ ܡܢ ܚܝܠܐ ܗܘ ܕܢܘܗܪܐ ܫܪܝܐ . ܘܗܘ ܕܠܚܝܠܐ ܒܟܠܗܘܢ
ܡܠܟܘܬܐ ܘܗܘ ܕܠܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ . ܘܫܘܒܚܐ ܗܘ ܐܢܫܐ ܕܡܠܟܘܬܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܢܬܐܬ ܘܡܠܟܘܢ ܢܗܘܐ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ ܘܢܫܒܚ ܡܪܝܐ ܠܥܠܡܐ
ܕܒܟܠ ܐܬܪ ܘܠܐܒܘܗܝ ܘܠܪܘܚܗ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡܝܢ ✠

Deus Homo, naturam nostram senio confectam innovans, Alleluia. Ipsius oratio nos adiuvet, ut cum ipsa regni caelestis participes efficiamur.

Primus Chorus, in honorem Martyrum: Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, in saecula et usque ad finem saeculorum. Vinum a Iudaeis ad Crucem expressum biberunt Martyres, et fortes facti sunt. Strenui et gaudentes in curriculum descenderunt, et omnia supplicia superaverunt. Dominus noster capitibus ipsorum coronam imposuit, Alleluia, et ecce ipsorum memoria usque ad finem mundi celebrabitur.

Secundus Chorus, pro defunctis: Requies defunctis nostris, et Tibi, Domine, gloria. Pater, benedic.

Praeses secundi Chori benedicit et incipit: In caelesti Hierusalem et in Ecclesia heic in terris, amicorum Tuorum bonam serva, Domine, memoriam: Mariae qui Te genuit, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum et Sacerdotum qui super altaria Te portaverunt, Alleluia, et fidelium qui crediderunt, Corpus Tuum in cibum acceperunt, et Sanguinem in potum (*Officium feriale, pp. 419-421: feria VI ad Sextam*).

Oratio incensi (ʻAṭro)

Coram Te, fons omnium bonorum, preces et supplicationes nostrae ascendant, et ex amplo thesauro Tuo plena peccatorum remissio gregi Tuo mittatur. Defunctis nostris requiem in regno Tuo concede, et vitam nostram signo Tuae crucis custodi, quia Tu es Dominus vivorum et mortuorum. Tibi, Patri Tuo, et Spiritui Sancto laudem offerimus. (*Officium feriale, pp. 233-234*).

Boʻuto d'Mar Yaʻqûb (Hymnus, Iacobi Sarugensis)

Pater Veritatis, en Filius Tuus grata Tibi victima; hunc suscipe, qui pro me mortuus est, et per Eum remissionem peccatorum consequar; en Tibi oblatio, accipe ipsam de manibus meis, et placare mihi, nec recorderis peccatorum, quae coram Maiestate Tua admisi.

En sanguis Eius propter meam salutem super Golgotha effusus est, et rogat pro me; acceptam habe propter ipsum oblationem meam; si et mea debita, et Tuas misericordias perpendis, gravissimis montibus pietas Tua praeponderabit.

Si et peccatorum, et holocausti, quod pro illis offertur, rationem habeas, maius est holocaustum, et longe superior victima quam debita.

ܩܠ ܒܥܘܬܐ ❖ ܒܗ ܒܝܘܡ ܠܡܠܠܟܕܝܢ .

ܡܪܢ ܕܐܬܓܠܝ ܒܦܓܪܐ ܠܐ ܦܫܝܩܘܬܐ ܘܗܘܐ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ ܕܢܚܝܢ
ܒܝܬܗ ܥܡܐ ܠܗ ܘܒܗܘܢ ܡܠܝܢܘܗܝ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܒܢܝܗ ܡܢ ܥܠ ܠܒܪ̈ܢܫܐ .
ܗ̄ . ܘܡܫܒܚ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܦܘܡ ܚܝܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܘܫܘܒܚܐ ❖
ܘܡܠܐ ܫܡܝܢ ܢܘܗܪܗ ܠܥܠܡܝܢ .
ܡܠܟܗ ܕܡܪܝܐ ܫܡܝܐ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܢ ܕܐܬܐ ܘܦܪܩ ܡܢ
ܥܒܘܕܘܬܐ . ܟܠ ܠܗ ܐܠܗܐ ܢܫܡ ܡܪܗ ܐܠܗ ܒܪ ܐܢܫ ܡܫܝܚܐ ܠܥܠܡ
ܕܥܠܡ . ܗ̄ ܫܠܡܐ ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܠܗ ܘܠܒܪܗ ܢܘܗܪܐ ܡܫܒܚܐ ❖
ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ .
ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܢܚܬܗ ܡܠܐܟܐ ܥܠ ܦܫܝܩܘܬܐ ܐܠܗܘܬܗ ܗܘܐ ܘܠܐ ܐܬܦܪܫ .
ܦܘܠܘܣ ܠܒܗ ܠܒܘܫܐ ܘܐܡܪܗ ܟܠ ܕܠܐ ܐܬܓܠܝ ܘܡܢ ܟܠܗ ܬܫܒܘܚܬܗ .
ܗ̄ . ܘܗܘܐ ܢܘܚ ܕܡܫܝܚܘܬܗ ܒܢܝܐ ܠܡܫܠܡܘ ܕܥܠܡܐ ❖
ܢܚܐ ܠܠܒܝ̈ܬܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܟܢ ܡܢܝ ܫܘܒܚܐ ܒܪܝ ܡܢܝ .
ܠܐܘܪܫܠܡ ܕܒܥܠܠ ܘܒܢܝܐܐ ܕܐܝܟ ܟܠܠ ܐܦܠܐ ܒܒܝ ܡܢܝ ܕܘܒܪܐ
ܠܡܫܝܚ ܠܥܠܡܝܢ ܕܡܠܝܬ ܘܠܒܢܝ̈ܐ ܫܠܝܚܐ ܕܫܘܪܐ ܘܕܘܪܐ ܕܐܚܝܕ ܟܠ
ܡܕܒܪܢܐ ܗ̄ ܘܠܒܢܝ̈ܐ ܕܢܝܫܘܗ ܒܗ ܘܐܒܐ ܦܬܓܡ ܘܐܠܗܗ ܕܩܒܠ ❖

ܥܛܪܐ

ܡܩܒܠ ܡܫܘܚܐ ܕܒܝܬܘܢ ܫܠܡܐ ܙܟܘܬܐ ܘܡܥܒܪ ܢܗܝܪܝܢ
ܘܫܡܥ ܟܠ ܦܘܡ ܠܟܡܪܐ ܢܘܗܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܥܒܕܘܗܝ ܢܛܪ ܘܐܢܝܚ
ܠܒܢܝ̈ܢ ܒܡܠܟܘܬܟ ܘܢܘܗܪ ܠܒܢܝ̈ ܥܕܬܐ ܕܙܟܝܢ ܕܐܝܟ ܗܘ ܡܪܐ ܕܝܢܐ
ܘܕܝܢܐ ܘܟܝܢ ܫܘܒܚܐ ܡܫܒܚܝܢ ܘܐܠܗܝ ...

Propter peccata mea, clavos et lanceam Dilectus tuus sustinuit; satis sunt passiones eius, ut mihi reconcilieris, et vitam per illas habeam.

Gloria Patri, qui Filium Suum propter nos misit; adoratio Filio, qui per Suam crucifixionem universum redemit; gratiarum actio Spiritui Sancto, per quem salutis nostrae mysterium consummatum est. Benedictus, qui Sua charitate nobis omnibus vitam impertivit; Ipsi sit gloria. (*Officium feriale, pp. 357-358*).

Et ab omnibus dicitur: Credimus in unum Deum...

Hutomo (Peroratio)

Praeses: Kyrie, eleison (*ter*), Gloria Tibi (*ter*) Deo Patri qui es in caelis. Per nomen Tuum vivum et sanctum custodi nos a malo, et ne nos inducas in tentationem, quia in Te semper spem habuimus, et Te semper vocamus Dominum nostrum et Deum nostrum. Tibi gloria in omni temporis momento.

Chorus: Amen.

Praeses: Placeat Tibi, Domine, Deus noster, humile obsequium nostrum. Tibi ad honorem redundent orationes, cantus et hymni nostri. Misericordia, auxilium, gratiae, perfectus amor Divinitatis Tuae descendant super nos et diffundantur in infirmitates nostras et in naturam nostram peccatricem, in utroque mundo, a bonitate Tua creato. Gloria Tibi, Domine noster et Deus noster, in omnia saecula.

Chorus: Amen.

Praeses: Pax vobis.

Chorus: Et cum spiritu tuo, Pater.

Praeses: Miserere, Deus, populo Tuo, ignosce subditis Tuis per intercessionem Matris Tuae quae te peperit, et Sanctorum qui Te confessi sunt. Precibus Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Iustorum, Sacerdotum, sanctorum Patrum et verorum Pastorum, necnon orthodoxorum et laude dignorum Praedicatorum; precibus Matris Dei Protectricis nostrae, Sanctorum et Sanctarum Dei amicorum, mandatis eius fideliter servientium; precibus Domini nostri Pii, Papae Romani, Domini Antonii Petri, Patriarchae nostri; precibus vestris, Patres, Fratres et Domini.

Populus: Amen.

Subiungit Praeses: Benedicat Deus, ignoscat, sanctificet, purificet et custodiat omnem virum et mulierem credentem, qui nobiscum in hoc servitio spirituali convenerunt. Deus et Dominus noster det iis remissionem, ac eorum parentibus, fratribus et defunctis; nobismetipsis insuper et vobis, fratres, in hoc loco (*vel* monasterio) et in hac civitate (*vel* pago),

ܒܥܘܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ

ܐܒܐ ܕܫܘܒܚܐ ܗܘ ܒܪܟ ܕܚܝܐ ܕܡܪܒܐ ܠܟ . ܒܗܘܢ ܡܠܐ ܕܚܠܦ ܩܒܠ ܘܐܬܚܫܐ ܒܗ . ܗܘ ܡܦܪܩܢܐ ܗܒ ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܘܐܬܦܪܥ ܠܟܝ . ܘܠܐ ܬܬܦܪܥ ܠܗ ܚܛ̈ܗܐ ܕܥܒܕܬ ܩܕܡ ܪܒܘܬܟ ✠

ܗܘ ܕܥܒܕ ܐܢܫ ܒܠܐ ܚܘܫܒܢܐ ܡܦܝܠ ܦܘܪܥܢ ܘܟܠܐ ܚܛܗܝ ܡܦܠ ܒܒܘܬܟ ܡܦܠܓܗ . ܥܒܕ ܠܗ ܚܘܝܠܐ : ܥܒܕ ܠܝ ܪ̈ܚܡܐ ܐܝ ܬܘܠܐ ܐܝܟ . ܚܣܝ ܢܦܠ ܠܝ ܡܢ ܠܘܬܟ ܕܐܬܦܠܩܝ ܠܝ ✠

ܚܘܪ ܒܚܫ̈ܐ ܘܚܘܪ ܒܒܠܒܠܐ ܕܚܛܗܘܗܝ ܕܚܛܝܢ ܪ̈ܒܐ ܒܒܠܒܐ ܘܒܟܝܢܐ ܡܢ ܚܛ̈ܗܐ ܡܦܠܓܐ ܕܚܛܝܢ ܪ̈ܓܐ ܘܦܘܪܥܢܐ ܗܒܠܗ ܚܒܒܝܢ ܘܫܘܒܚܝܢ ܚܛ̈ܗܘܗܝ ܕܢܒܥܘܢ ܘܒܗܘܢ ܐܦܐ ✠

ܦܘܪܩܢܐ ܠܐܒܐ ܕܫܕܪ ܠܒܪܗ ܡܦܠܓܢ . ܘܫܘܒܚܐ ܠܒܪܐ ܕܒܐܦܘܬܗ ܚܪܪ ܟܠܠ ܬܐܘܝ ܒܪܘܚܐ ܕܒܗ ܐܬܦܫܛܢ ܪܐܙ ܦܘܪܩܢ . ܒܪܝܟ ܕܒܝܘܡܗ ܐܢܐ ܒܟܠ ܘܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ✠

ܚܘܬܡܐ

ܦܘܪܩܢܢ ܦܐܪ ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܫ̄ܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܐܦ ܠܟ ܒܥܝܢܐ. ܒܥܡܝ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܕܢܦܩ ܠܟ ܡܢ ܒܪܐ ܘܒܥܘܬܐ ܠܐ ܬܒܠܥ ܕܒܠܝ ܗ̱ܘ ܟܠܐ ܥܠܝ ܫܒܩ ܘܠܟ ܦܪܘܩ ܡܪܝ ܘܠܗܘܢ ܠܟ ܗ̄ܫ ܠܥܠܡܝܢ ✠

ܥ̈ܢܝ : ܐܡܝܢ ✠

ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܫܝܚܝܐ ܡܪܢܐ ܡܪܢ ܬܗܘܐ ܒܟܠܝܢ ܘܪ̈ܚܡܘܗܝ ܒܟܠܗܘܢ ܘܐܬܪ̈ܚܡܘܗܝ ܠܐܚܪܢ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܘܚܝܠܐ ܘܡܘܕܝܢܝܢ ܘܬܘܕܝܬܐ ܘܩܘܠܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܠܐܒܐ ܘܚܝܠܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܡܫܝܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܒܟܬܒܘܗ̈ܝ ܢܫ̈ܡܐ ܕܒܪܝܬ ܒܬܘܕܝܬܐ ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܠܟ ܦܘܪܩܢܐ ܠܥܠܡܝܢ ✠

coadunatis et omnibus fidelibus ibidem habitantibus. Bonam quietem concedat Deus defunctis qui hinc migrarunt, et vivis qui remanserunt. Super capita famulorum et famularum Tuarum, hic ante Te inclinata, descendant misericordiae Tuae, sancta et gloriosa Trinitas, Pater, Fili et Spiritus Sancte, in omni tempore et in omnia saecula.

Populus: Amen. (*Officium feriale, Supplementum, pp. 26-28*).

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ ✠

ܟܗܢܐ : ܫܠܡܐ ܠܟܠܟܘܢ ✠

ܥܡܐ : ܘܥܡ ܪܘܚܐ ܕܝܠܟ ܐܒܘܢ ✠

ܚܘܣ ܐܠܗܐ ܥܠ ܥܡܟ ܘܐܬܪܚܡ ܥܠ ܡܪܥܝܬܟ ܒ̈ܪܚܡܝܟ ܐܝܟ ܕܡܚܒܬܟ
ܘܡܫܝܚܐ ܕܐܘܪܚ ܠܢ . ܒܪܚܡܘܗܝ ܗܢܘܢ ܕܒܢܝܐ ܘܒܫܒܝܚܐ ܕܒܫܘܪܝܐ ܕܒܢܝܐ
ܘܕܡܠܟܐ ܘܕܡܠܝܐ ܕܐܬܒܪܝܬ ܡܫܝܚܐ ܘܫܒܝܬܐ ܥܠܡܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܠܥܡܟ ܫܘܒܚܐ .
ܒܪܘܚܟ ܘܡܫܝܚܬܐ ܡܠܝܬܐ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܕܐܝܟ ܒܚܝܘܗ ܘܒܪܘܚܬܐ
ܕܒܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܘܡܫܝܚܬܐ ܕܢܨܚܘܗܝ ܒܥܠܡܐ ܘܢܛܪ ܦܘܩܕܢܘܗܝ .
ܘܒܪܘܚܬܗ ܕܡܪܢ ܦܠܓ ܟ̈ܐܦܐ ܕܪܘܚܐ ܘܡܪܢ ܦܠܓ ܦܬܓܡܐ ܦܬܓܡܐ
ܕܡܠܟ . ܘܒܪܘܚܬܟ ܐܒܘܢ ܘܐܚܝ ܕܒ̈ܝܬܟ ✠

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ ✠

ܐܠܗܐ ܢܛܪ ܘܢܚܦܐ ܘܢܥܕܪ ܘܢܦܪܘܩ ܠܟܠܗ ܫܘܠܛܢܐ
ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܐܬܡܠܟ ܠܟܘܢ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܗ̇ܕܐ ܪܘܚܐ ܕܚܝܠܐ ܢܫܟܢ ܠܗ
ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܟܗ̈ܢܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܡܫܡ̈ܫܢܐ . ܘܥܡ
ܘܥܡܗܘܢ ܐܢܫܝܢ ܕܒܥܠܡܐ ܡܫܝܚܐ ܐܘ ܡܢܗܘܢ ܐܘ ܕܗܢܐ ܗܘ̣ܐ
ܘܥܡܗܘܢ ܒܡܫܘܚܬܐ ܡܫܡܫܢ̈ܐ ܐܘ ܐܚܪܐ ܗܘܐ ܘܥܡܗܘܢ ܒܡܫܡ̈ܫܢܘܬܗܘܢ
ܡܫܡܫܢܐ . ܘܠܟܠ ܚܝܐ ܟܠ ܒܢܝܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܦܪܘܩ ܡܢܗ ܐ̄ܘ ܡܢܗ .
ܘܥܡ ܒܢܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܒܗ ܐܘ ܒܗ . ܒܪܚܡܘܗܝ ܗܘܐ . ܘܥܠ
ܢܦܫܢ ܘܢܦܫܬܗܘܢ ܘܢܦܫܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܘܐܚ̈ܝܢ ܘܪ̈ܚܡܝܢ ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܘܒܢܝܢܝܢ .
ܘܥܠ ܟܠܗܘܢ ܬܠܡܝܕܘ ܕܒܝܬܐ ܡܫܝܚܐ ܒܢ̈ܝܗ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܫܡܫܢܬܐ .
ܘܥܠ ܒܢ̈ܝܢܝܢ ܘܡܫ̈ܒܚܝܢ ܐܘ ܥܠ ܒܢ̈ܝܢܝܢ ܘܐܬܡܢܝܢ ܕܪ̈ܚܡܝܢ ܢܦܫܬܗܘܢ
ܡܫܡܫ . ܦܘܩܕܢܐ ܘܚܝܐ ܢܦܫܬܗܘܢ . ܘܥܠ ܡܢܗܘܢ ܘܐܚܝܐܢ ܕܢܚܘܢ
ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܬܒܪܝܬܐ ܡܫܝܚܐ ܘܡܫܡܫܢܬܐ . ܐܝܟ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ .
ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܥܠܝܢ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܒܟܠ ܐܦܢ ܠܥܠܡܝܢ ✠

ܥܡܐ : ܐܡܝܢ ✠

III

PRO RITU ARMENO

CANON AD LUCRANDAM INDULGENTIAM IUBILAREM

Diaconus aut lector: Et etiam de pace Dominum precemur; suscipe, salva et miserere.

Praeses aut sacerdos: Benedictio et gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Hymnus

Chorus: I. - Adoramus Crucem Tuam, Christe, et exaltamus sepulturam Tuam et glorificamus sanctam Resurrectionem Tuam; venite, fideles, adoremus Christum Deum nostrum, quoniam venit per Crucem suam et concessit donum mundo.

℟. Gloria sanctae Cruci, Alleluia. Sanctae Sion, Alleluia. Sanctae Resurrectioni, Alleluia.

Signatum est super nos lumen vultus Tui, Domine: dedisti laetitiam in corde meo.

A fructo frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt.

℟. Gloria sanctae Cruci, etc. (*bis*).

Gloria et adoratio Patri et Filio et Spiritui Sancto, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

℟. Gloria sanctae Cruci, etc. (*bis*).

II. - Crux vivificatrix quae fuit nobis salus:

℟. per ipsam omnes nos benedicimus te (*Iesu*).

Qui a Patre-Luce tamquam lux irradiatus es in terra, et (*ipsa*, = *Crux*) sicut virga virtutis data est fidelibus:

℟. per ipsam... (*bis*).

Quae ortu luminoso mirifice nobis visa est in adiutorium contra inimicos:

℟. per ipsam... (*bis*). (*Šaragan* = *Hymnarium, pag. 497: ex Officio Magnae Parasceves ad Nonam*). [1]

Precatio

Praeses aut sacerdos: Gloria mirabili Crucifixioni Tuae, Domine. Benedictam et gloriosam, admirabilem atque vincitricem Crucifixionem Tuam laudamus et glorificamus. Misericors Domine, propter sanctam immacula-

[1] Citationes referuntur, pro textu armeno, ad sic dictum *Žamagarkuthiun* = *Ordinem Horarum*, Venetiis 1898; pro textu latino, ad versionem Horologii, Venetiis 1908.

ԿԱՆՈՆ

ԸՆԴՈՒՆԵԼՈՅ ԶՅՈԲԵԼԵԱՆ ՆԵՐՈՂՈՒԹԻՒՆ

Սարկաւագ կամ դպիր. Եւ ես խաղաղութեան զՏէր աղաչեսցուք. ընկալ կեցո և ողորմեա։

Աւագերէց կամ Քահանայ. Օրհնութիւն և փառք Հօր և Որդւոյ և Հոգւոյն Սրբոյ, այժմ և միշտ և յաւիտեանս յաւիտենից. Ամէն։

ՇԱՐԱԿԱՆ

Գովեստ. Ա. – Խաչի քո Քրիստոս երկիր պագանեմք. և զթաղումն քո մեծացուցանեմք. և սուրբ զյարութիւնդ քո փառաւորեմք. եկայք հաւատացեալք, երկրպագեսցուք Քրիստոսի Աստուծոյ մերոյ. վասն զի եկն ի ձեռն խաչին իւրոյ շնորհեաց պարգևս աշխարհի։

¶ փառք սուրբ խաչին ալէլուիա. սուրբ Սիոնի ալէլուիա, սուրբ յարութեանն ալէլուիա։

Նշանեցաւ առ մեզ լոյս երեսաց քոց և ետուր ուրախութիւն սրտից մերոց։ Ի պտղոյ ցորենոյ գինւոյ և ձիթոյ իւրեանց լցուցեր զնոսա։

¶ փառք սուրբ խաչին ... (նշն.)։

Փառք և երկրպագութիւն Հօր և Որդւոյ և սրբոյ Հոգւոյն. այժմ և միշտ և յաւիտեանս յաւիտենից ամէն։

¶ փառք սուրբ խաչին ... (նշն.)։

Բ. – Խաչն կենարար, որ եղև մեզ փրկութիւն.

¶ սովաւ ամենեքեան զքեզ բարեբանեմք։

Որ ի Հօրէ լուսոյ լոյս ճառագայթեալ ի յերկրի և գաւազան զօրութեան հաւատացելոց. ¶ սովաւ ... (նշն.)։

Որ լուսափայլ ծագմամբ հրաշափառապէս մեզ ցուցաւ ի յօգնութիւն ընդդէմ թշնամւոյն. ¶ սովաւ ... (նշն.)։

(Ժամակարգ. էջ 497)։

ՄԱՂԹԱՆՔ

Աւագերէց կամ Քահանայ. Փառք հրաշափառ խաչելութեան քոյ Տէր. զօրհնեալ և զփառաւորեալ զհրաշալի և զյաղթող զխաչելութիւն քո օրհնեմք և փառաւորեմք։

tam Matrem Tuam ac Virginem et per pretiosam Tuam Crucem suscipe supplicationes nostras et salva nos.

(*Žamakirk = Horologium, p. 75, ed. lat., p. 32: ad Nocturnum dominicalem et festalem*).

Ectenia

Diaconus aut lector: Dicamus omnes unanimiter: Domine, miserere.

Chorus: Domine, miserere, *et sic deinceps.*

Pro universa pace, et pro firmitate sanctae Ecclesiae, Dominum precemur.

Pro omnibus sanctis et orthodoxis episcopis, Dominum precemur.

Pro sancti Pontificis nostri Pii vita, atque animae eius salute, Dominum precemur.

Pro Beatissimi Patriarchae nostri Domini Avedik Petri vita, atque animae eius salute, Dominum precemur.

Pro Venerabilis Praesulis nostri Domini N. N. vita, atque animae eius salute, Dominum precemur.

Pro antistibus, sacerdotibus, diaconis, cantoribus et omni clero Ecclesiae, Dominum precemur.

Pro piis regibus religiosisque principibus, militum ducibus ac militibus eorum, Dominum precemur.

Ut Dominus omnipotens omnia coram eis hostium bella subigere dignetur, Dominum precemur.

Pro patribus nostris atque fratribus, qui in captivitate degunt, in pessimaque servitute, Dominum precemur.

Pro viatoribus et navigantibus, ut ad portum bonum in pace perveniant, Dominum precemur.

Pro aegrotantium atque omnium afflictorum celeriter in valetudinem restitutione, Dominum precemur.

Pro aëris temperatione, pluviarum dulcedine et fructuum abundantia, Dominum precemur.

Pro devotis atque in Ecclesiam sanctam fructiferis, Dominum precemur.

Pro his qui in manus iniquorum propter nomen Christi traditi sunt, Dominum precemur.

Pro defunctorum animabus, qui vera rectaque fide in Christo quieverunt, Dominum precemur.

Chorus: Memento, Domine, et miserere.

Diaconus: Ut Dominus Deus nos a visibili et ab invisibili hoste liberet, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Praeses: Sanctae Mariae Dei Genitricis, gloriosae ac benedictae sem-

Մարդասէր Տէր, վասն սրբուհւոյ անարատ մօր քոյ և կուսի, և վասն խաչի քոյ պատուականի ընկալ զաղաչանս մեր, և կեցո զմեզ։ (Խառնագիրք. ԷՂ 75)։

ԿԱՐՈԶ

Սարկաւագ կամ քահ. Ասասցուք ամենեքեան միաբանութեամբ Տէր ողորմեա։

Դպիրք. Տէր ողորմեա։

Վասն խաղաղութեան ամենայն աշխարհի և հաստատութեան սրբոյ եկեղեցւոյ զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն ամենայն սուրբ և ուղղափառ եպիսկոպոսաց զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն սրբազան Պապին մերոյ տեառն Պիոսի կենաց և փրկութեան հոգւոյ նորին զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն Գերերջանիկ հայրապետին մերոյ տեառն Աւետիք Պետրոսի կենաց և փրկութեան հոգւոյ նորին զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն պատուական առաջնորդին մերոյ տեառն այս անուն կենաց և փրկութեան հոգւոյ նորին զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն վարդապետաց, քահանայից, սարկաւագաց, դպրաց, և ամենայն ուխտի մանկանց եկեղեցւոյ զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն բարեպաշտ թագաւորաց և աստուածասէր իշխանաց՝ զօրավարաց և զօրաց նոցին զՏէր աղաչեսցուք։

Վասն զի Տէրն ամենակալ հնազանդեցուսցէ առաջի նոցա զամենայն պատերազմունս թշնամեաց զՏէր աղաչեսցուք։

Յաղագս եղբարց և հարց մերոց՝ որք ի գերութեան են և ի չար ծառայութեան, զՏէր աղաչեսցուք։

Յաղագս ճանապարհորդաց և նաւորդաց խաղաղութեամբ հասանել ի նաւահանգիստ բարութեան զՏէր աղաչեսցուք։

Յաղագս հիւանդաց և ամենայն վշտացելոց փութապէս առողջութեան զՏէր աղաչեսցուք։

Յաղագս բարեխառնութեան օդոց՝ անձրևաց քաղցրութեան՝ և պտղոց առատութեան զՏէր աղաչեսցուք։

Յաղագս ուխտաւորաց և պտղաբերից ի սուրբ եկեղեցի Աստուծոյ զՏէր աղաչեսցուք։

Եւ յաղագս այնոցիկ՝ որք մատնեալ են ի ձեռս անօրինաց վասն անուանն Քրիստոսի, զՏէր աղաչեսցուք։

Յաղագս հոգւոցն հանգուցելոց՝ որք ճշմարիտ և ուղիղ հաւատով ի Քրիստոս ննջեցին զՏէր աղաչեսցուք։

Դպիրք. Յիշեա Տէր և ողորմեա։

Սարկաւագ. Յաղագս փրկելոյ զմեզ Տեառն Աստուծոյ յերևելի և յաներևոյթ թշնամւոյն զՏէր աղաչեսցուք։

Դպիրք. Տէր ողորմեա։

per Virginis, sancti Ioannis Baptistae, sancti Stephani Protomartyris, sanctorum Apostolorum et Prophetarum, fortium victorumque martyrum et sancti Confessoris Christi patriarchae nostri sancti Gregorii, Illuminatoris armeniaci orbis:

Diaconus: Horum et etiam omnium Sanctorum memores estote; et per eos Dominum precemur.

Chorus: Memento Domine, et miserere.

Diaconus: Angelum pacis, custodem animarum nostrarum, a Domino quaeramus.

Chorus: Concede, Domine, *et sic deinceps.*

Expiationem et remissionem peccatorum nostrorum, a Domino quaeramus.

Sanctae Crucis magnam ac potentem virtutem in auxilium animarum nostrarum, a Domino quaeramus.

Et etiam unanimes pro vera ac sancta religione nostra, Dominum precemur.

Chorus: Domine, miserere.

Animas nostras et nos invicem Domino Deo Omnipotenti commendemus.

Chorus: Tibi, Domine, commendati simus.

Miserere nostri, Domine Deus noster, secundum magnam misericordiam Tuam. Dicamus omnes unanimiter:

Chorus: Domine, miserere (*ter*).

(*Horologium, p. 148, ed. latina, 121, ad Matutinum dominicalem*).

Oratio

Sacerdos: Domine virtutum, qui morte Tua, sponte suscepta, a morte peccatorum nostrorum hac hora vivificasti nos, atque sententiam condemnationis nostrae Cruci Tuae affixisti, liberationemque a servitute corruptionis ad libertatem gloriae sanguine sancto Tuo effuso humano concessisti generi; suscipe modo et supplicationes nostras et annue nos recta fide vitaque praedita virtute in hoc mundo conversari, et dignos aeternis caelestibusque gaudiis cum omnibus Sanctis Tuis fieri, et gratias agentes Tibi Te cum Patre et Spiritu tuo Sancto glorificare, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. (*Horologium, p. 197; ed. lat., 197, ad Nonam tempore Magnae Quadragesimae*).

Diaconus aut lector: Mater alma mirabilis lucis, quae saeculorum omnium Deum in utero tuo gessisti atque in exsultationem orbi Verbum Deum genuisti: Te rogamus.

Chorus: Mater sancta, intercede pro nobis, *et sic deinceps.*

Ա–աջնէկէց. Սուրբ զՄարիամ զԱստուածածինն զփառաւորեալ և օրհնեալ միշտ սուրբ Կոյսն, սուրբ զՅովհաննէս Մկրտիչն, սուրբ զՍտեփաննոս նախավկայն, սուրբ զառաքեալսն և զմարգարէսն, արի և յաղթող սուրբ զվկայսն, և զմեծ խոստովանողն Քրիստոսի զհայրապետն մեր զսուրբն Գրիգորիոս լուսաւորիչն հայաստանեայց աշխարհի։

Սարկաւագ. Յիշեսջիք և զամենայն սուրբս, և նոքօք զՏէր աղաչեսցուք։

Դպիրք. Յիշեա Տէր և ողորմեա։

Սարկաւագ. Զհրեշտակ խաղաղութեան պահապան անձանց մերոց ի Տեառնէ խնդրեսցուք։

Դպիրք. Շնորհեա Տէր։

Զքաւութիւն և զթողութիւն յանցանաց մերոց ի Տեառնէ խնդրեսցուք։

Զսրբոյ խաչին մեծ և կարող զօրութիւն յօգնութիւն անձանց մերոց ի Տեառնէ խնդրեսցուք։

Եւ ևս միաբան վասն ճշմարիտ և սուրբ հաւատոյս մերոյ զՏէր աղաչեսցուք։

Դպիրք. Տէր ողորմեա։

Զանձինս մեր և զմիմեանս Տեառն Աստուծոյ ամենակալին յանձն արասցուք։

Դպիրք. Քեզ Տէր յանձն եղիցուք։

Ողորմեաց մեզ Տէր Աստուած մեր ըստ մեծի ողորմութեան քում ասասցուք ամենեքեան միաբանութեամբ։

Դպիրք. Տէր ողորմեա (երեք)։

(Ժամագիրք. էջ 148)։

ԱՂՕԹՔ

